

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De trinitatis erroribus libri VII - Ettenheim-Münster 292

Servetus, Michael

[S.l.], 1531

Liber I.

[urn:nbn:de:bsz:31-130099](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130099)

DE TRINITATE.
TIS ERRORIBVS
LIBER PRIMVS.



I N SCRY-
tan dis d'ys =
na triadis,
sanctis arca-
nis, ab homi-
ne exordien-
dum eo du-
xi, quia ad-
verbi spe-
culatiorem,
sine funda-

mento Christi, ascen^{des}tes, quam plurimos
cerno, qui parum aut nihil homini tribuunt, et ve-
rum Christum oblivioni penitus tradunt:
quibus ego ad memoriam quis sit ille Christus,
reducere curabo. Ceterum, quis, quantum sit
Christo tribuentum, judicabit ecclesia.

Prænomine demonstrante hominem, quem he-
manitatem appellant, concedam hæc tria. B'us
hic est Jesus Christus, secundo, hic est
filius Dei. Tertio, hic est Deus.

Tria hæc in
homine cog,
noscenta, an-
teq de verbo
loquamur.

DE TRINITATE

Principio cum dicitur *Jesum*, quis negaret? id est puer, ad iussum angeli, in circumcisionis die, nomen impositum, sicut tibi *joannes*, & illi *Petrus*, Lucae 1. 62. *Jesus*, at *Tertulianus* inquit, est nomen proprium viri, & cognomen *CHRISTVS*. Judaei cum esse *Jesum* omnes concedebant, sed *Christum* esse negabant, interrogantes *De-Jesus* qui dicitur *Christus*, et alienos à *Synagoga* illos faciebant, qui faterentur eum esse *Christum*, super quo frequens erat *Apostolorum* contra ipsos disputatio, an *Jesus* ille esset *Christus*. sed de *Jesu* nunquam fuit dubitatio nec questio, nec aliquis unquam hoc negavit. Vide quo tenet illi sermo, & quo animo *Bauly* testificatur judaeis *Jesum* esse *Christum* Act. 18. quo *Spiritus* *prophetae* *Apollolis* ille *Alexandrinus* judaeos publice ibidem revincebat, ostendens per scripturas quod *Jesus* ille esset *Messias*. De quo *Jesus* putas ista esse acta, credis ne eos ibi de *hypostasibus* putasse? eum igitur esse *Christum*, sicut *Jesum* concedere cogor, cum concedam eum esse à *Deo unctum*, nam iste est puer sanctus tuus quem unxisti, Act. 4. iste est sanctus sanctorum, quem ungentum *predixit* *Daniel* 9. et Act. 10. tanquam rem expectatam dixit *Petrus*, ipsi nostris, nam de *Jesu* sermo omnibus

Nomen & cognomen pueri *Jesu*.

Nota in quo sensu habe illi capiebant, an sequam *joannem* nes de verbo scriberet.

bus est notus, ut scilicet Jesum a Nazareth unxe-
 rit Deus spiritu sancto & virtute, quoniam Deus erat
 cum illo, et ipse est qui constitutus est à Deo iudex vi-
 vorum et mortuorum. Et Acto. 2. Certissime, inquit,
 scias omnis domus Israel, quod hunc Jesum, quem
 vos crucifixistis, fecit Deus et Dominum et Chri-
 stum, id est, unctum. Aliqui tamen per illa pron-
 omina rem aliam demonstrant. Sed Joannes menda-
 cem cum dicit, qui negat hunc Jesum esse à Deo
 unctum: et qui concedit Jesum esse Chri-
 stum, ex Deo natus est. 1. Joan. 2. et 5. Tertu-
 lianus item adversus Græcam vocem, Christus
 natura humana vocabulum esse dicit. Et adversus
 Martionem lib. 3. et 4. diligenti de vocabulo Chri-
 stus, facta inquisitione, nihil de re illa quam ali-
 qui Christum faciunt, meminit, quis etiam
 inquit, est filius hominis, nisi homo ipse natus ex pro-
 mine, corpus ex corpore: nam hebraice idiosyncrasi-
 cus hominis, filius Adam, nihil aliud quam homo se-
 nat: item ratio vocabuli illud importat, nam esse un-
 ctum non potest, nisi ad naturam humanam referri.
 Si ergo ungu, ut ipse ait, corporis possit est, qui ne-
 gare potest hominem esse unctum? Præterea in re-
 cognitionibus Clementis libro primo, rationem vo-
 cabuli exprimit Betiq, quia reges Christi sacri so-

DE TRIVITATE

lebant, ideo iste ab excellentia unctiois præ cæteris
est rex Christi vocatus, quia sicut Deus angelis an-
gelum, et bestijs bestiam, et sideribus Sydus, ita ho-
minibus hominem principem fecit Christum.

Item hominem dici Christum scriptura sacra au-
thoritatibus apertissime docemur, cum et terrens
rex dicatur Christus 1. Reg. 12. et 22. et Esai. 45.
Item Matth. 1. Ex qua genitrix est Jesus ille, qui
vocatur Christus Nota articulum, et nota
cognomen, nam intelligentia sunt simplicissime hæc
verba et pronomina illa, rem sensu perceptum de-
monstrant. Item Lucæ primo, vocabitur nomen eius
Jesus. Et Cap. 9. clarissime hominem Jesum —
describit dicens, et ipse Jesus incipiebat esse tri-
ginta annorum, et putabatur filius Joseph. Et Actis
13. Jesus juxta promissionem ex David semine eduxit
Jesus. Ibidemq; et Joan. 1. dixit Johannes, Non
arbitremini me esse Christum. Quam ridicu-
la esset Johannis excusatio, si Christi vocabulum non
possit ad hominem referri, quorum etiam mox
Christus, ut eos homines existemus qui se dicunt
Christos. Frivola esset Christi in terro-
gatio et Petri responsio Matth. 16. dum dixit Chri-
stus, quem me dicunt homines esse filium homi-
nis? Et Petrus respondit, Tu es ille Christus, tu es ille

ille filius Dei viventis. Nec esset vivus sermo Dei, nam
ad hominem loquens debuisset dicere, Christus est in
te est, filius Dei in te est, et non tu es. Et quando
ibi iussit ne cui dicerent, quod ipse esset Chri-
stus, dic mihi quid per illud pronomen demon-
strabat? nam luce clarius et quod seipsum demon-
strabat, et de seipso loquebatur, nonne erubescis di-
cere quod erat sine nomine, et quod Apostoli tanto
tempore ipsam predicassent absq; hoc quo pro-
prio nomine eum vocassent, et tu propria auctori-
tate novam et ineptum nomen et Apostolis inaudi-
tum ei imponis, humanitatem tantum eum vocans?

Item, ne te decipiat Xristos appellatio graeca, Christus.
sed cape hebraicam vocem. משיח dicitur latine Messias.
vocem, unctus. Et tu qui concedis nos esse unctos, si
de si eum esse unctum audebis concedere: nec in hoc
probando, quod ipso primo principio est claris,
tantum insistere, nisi quia quorundam mentes vi-
deo corruptas. Item, clarissimum est Christi
testimonium, se hominem vocantis. Ioan. 8. Queritis
me interficere hominem, veritatem vobis locutum.
Et 1. Thimoth. 2. Mediator Dei et hominum homo
Christus est Jesus. Item, non respicias ad
illam vocem Romo, qua si communicationem idioma-
tum admittas, adulterata est. sed cape illam vocem

DE TRINITATE

vir, et auti Petrum dicente Acto. 2. Christum
fuisse virum adprobatum. Et Lucae ult. de JESU
Nazareno, qui fuit vir Prophetas potens. Et Joan. 1.
Post me veniet vir. Et Esa. 53. Nobilissimum virorum
virum dolorum Et Zacha. 6. Ecce vir, germem no-
men eius. Et Acto. 17. iudicaturus est Deus peum
virum scilicet Christum item, Noli circulo
quis legem Dei calumniari. Ber pense potius natu-
ram pronominis demonstrativi, et cognosces istam
esse originalem illius vocis significationem, nam sa-
pissime eo ad oculum demonstrato concedit, hic est
ille Christus, tu es JESUS. Et quot loqui-
tur, querit, respondet, esurit, et quod videbant eum
ambulantem super aquas. Similiter, quem queritis,
JESUM Nazarenum, ego sum, et quemcumq; oscu-
latus fuero ipse est, tenete eum. Et alibi, Ego ipse sum,
palpate et videte. Et Acto. 2. Hunc JESUM quem
vos interemistis, suscitavit Deus, cuius omnes testes
sumus. Quid iam per talia pronomina demonstra-
tis? Ut sit oculare testimonium, nome deterioris su-
mus nos conditionis quam Samaritana mulier, qua
Joan. 4. dixit, Venite et videte Hominem qui dixit -
mibi omnia quaecumq; feci, nunquit hic est ille Chri-
stus. Nec mirum, quot mulier super Christo
fundata ita dixisset, nam cum ipsa quæreret Messiam
venturum.

venturum, qui dicitur Christus, respondit ipse, ego sum qui loquor tecum, ego ego, non res illa, sed ego qui loquor. Item, de quo nomine intelligis illud Apostoli, sicut unius nominis delicto, ita per gratiam unius nominis gessit Christi. Et sicut per — — hominem mors, ita per hominem resurrectio mortuorum: nam scriptura non capit nomen comotivum, non modo nomen, sed Adam eum vocat 1. Cor. 15. Nos tamen nomen connotativum et sophisticum suppositum volumus esse fundamenta, tolle obsecro has sophisticas technas, et videbis lucem magnam. Christi sermones sunt fundamenta ecclesiae, qui simplicissimi sunt et plani, imitemur apostolos qui non arte humana compositis verbis Christum predicabant 2. Pet. 1. Eloquentia Dei eloquia casta cum simplicitate sunt accipientia. Et teste Apostolo 1. Cor. 1. et 2. Non in sublimitate sermonum est annuntiantium testimonium Christi, sed de plano et quasi parvuli facti, et quasi nihil aliud scientes nisi Jesum Christum, et hunc crucifixum. Item quam fraternitatem nobis cum Christo esse dices? Quis est ille qui exaltatus est praesentibus suis? Qualis est comparatio quam inter Christum et Moysen facit Apostolus 2. Pet. 3. dicens, Amplioris enim gloria iste praesentibus Moysi dignus

DE TRINITATE

habitus, cum Moyses tanquam famulus, Christi,
 et us vero tanquam filius. Quorsum etiam in di-
 cta epistola ad Hebr. cap. 1. et 2. tantum infertur Apo-
 stolus, ut ostendat Christum etiam ultra
 angelos fuisse exaltatum, nam quod secunda illa tri-
 natura sit, plus quam angeli exaltata, multum fri-
 vole probaret: nec eius intentio ad illud potest apta-
 ri, ex sententia enim Prophetarum loquitur Apostolus,
 et Lacio admiratur tantam Christi gloriam, quod
 cum homo sit, omnia sint ei subiecta, Gal. 3. Item 10.
 Ihan. 20. signa fecit, ut credamus quod Iesus est
 ille Christus filius Dei. Nota quot expectatum
 habet de Iesu, sed ut credamus quod sic Iesus
 sit ille qui à solo Deo patre genitus unigenitus erat,
 et quomodo ex miraculis secunda illa ignota res di-
 gnoscitur, nisi de eo quem signa facientem videbunt
 intelligatur, ut Joan. 9. Nicodemus declarat, nam ex
 teriora illa signa non arguunt inferiores illas philoso-
 phias. Similiter Joan. 5. Christus ipse testa-
 tur, quod opera quae ipse facit satis declarant eum à
 patre missum. Et Natanael Joan. 1. eo quia dixit, vidi
 te sub ficu, infert ipsum esse illum filium Dei qui mis-
 sendus erat rex Israel. Similem illationem faciunt.
 Matth. 14. ex eo quod fugavit ventum: et Joan. 6. ex
 signis quae fecit, infert Petrus, Cognovimus quod tu

es Christus filius Dei vivi. Ista illationes
 aperte etiam probant id quod secundo dixi, scilicet ^{secunda} hunc quem Christum appello, esse filium Dei, ^{propositio.}
 nam ex signis quae faciebat, inferunt ipsum esse filium
 Dei. Et probato quod ille sit JESUS CHRISTUS =
 IESUS, hoc probatum evadit, qui enim eum filium
 esse negat, Jesum Christum negat, cum
 scriptura nihil aliud clamat nisi Jesum Chri-
 stum esse filium Dei. Praeterea multis scriptu-
 rarum testimonijs ipse specialiter esse filius monstra-
 tur, et ejus respectu Deus dicitur pater, vere inquam
 pater, quia eo vicem humani patris supplente geni-
 tus est, non enim ex semine Joseph genitus est, ut car-
 pochrates, Cerintus et Fotinus impie mentiti sunt.
 sed potentissima Verbi Dei virtus vice seminis viri
 obumbravit Mariam agente in ea Spiritu Sancto Luc. 2.
 et sequitur, Quapropter et quod nascetur sanctum,
 vocabitur filius Dei. Contra verbum, quapropter,
 nota illationem, nota rationem quare filius Dei voca-
 tur. Eandem filiationis rationem in nomine JESU-
 Christo nobis aperit Daniel, cum vocans lapidi =
 dem sine manibus abscisum. Item Matth. 1. eandem
 filiationis ratio redditur dum dicitur, quod facta est
 gravida a Spiritu Sancto, et quod in ea conceptum
 est, a Spiritu Sancto profectum est. Sic obsecro qua

DE TRINITATE.

est illa proles in ea genita et concepta quæ à spiritu
sancto proficiscitur, ex quo in fens quos filius quem
pariet erit salvator Emanuelle. Amota quos dicit Lu-
cas, is filius quem tu concipies et paries, filius altissi-
mi vocabitur: dicit præterea, hærit magnas, et da-
bit illi Deus sedem. An ergo secunda illa personæ
facta magna, et acciperit à deo sedem sicut pa-
tris sui. Quare non dixit filius primæ personæ
patris, et dabit illi prima persona sedem. sed dixit fi-
lius altissimi Dei, et dabit illi Deus sedem. Aliqui
verba angeli pervertere nitentes vocem, sanctum,
iæi calumniantur quasi primogenitus Christus
non sit ea dignus, præcipue cum idem Lucas capite
sequenti declarat, quare sanctum dixerat, quia omni
primogenitum sanctum deo vocabitur Exod. 19. et
34. et Num. 8. similiter Acto. 4. dicunt Apostoli, san-
cti filij tui Jeshu. Præterea Dei virtutem quæ
sophisticum dicere volunt, sed utinam intelligerent quid
sit verbum Dei, nec ostendunt qualiter illud fuerit vi-
ce seminis viri, nam ad interrogacionem de semine vi-
ri per Mariam factam respondet angelus: nec ipsi de-
clarant quis est id quos ab illa virtute seminis vicem
supplente genitum, filius Dei vocabitur, nam Lucas
non dicit illam virtutem filium vocari: sed id quod ab
illa virtute genitum est: filius Dei ideo vocabitur,
quia

quia illa Dei virtus est vice seminis viri: nec animas
 verbunt quanta et quam lata sint huius Verbi et esse =
 minis arcana, ad cuius similitudinem dicitur, quod se-
 men seminantis est Verbum Dei, quia sicut Verbo Dei
 genitus et natus est Christus, ita Verbo Dei
 nos renascimur. Legati, inquit Petrus per sermonem
 Dei viventis, et hoc semel immortale appellat, et
 genuit nos sermone veritatis. Male ergo philosopha-
 ti sunt hominem filium esse negantes, ut de Verbo fi-
 lium faciant: tamen aliter se habet rei veritas, et Jo-
 hannes aptius putavit dicere Verbum quam filium, et
 immo ratione Verbi caro dicitur filius. De Verbo
 postea dicam, prout proprio honorem et glo-
 riam Deo Christo seruemus, nam ex hoc
 etiam Verbum intelligemus. Item hominem dici fi-
 lium ipsa vocabuli natura nos docet, nam sicut pro-
 pria passio corporis est ungi: ita propria passio car-
 nis est nasci, caro igitur, inquit Tertulianus, nata
 est, et caro erit filius Dei. Item quis est ille pueru-
 lus, de quo solius fit mentio Matthaei 2. quem assumebat,
 ducebat, et reducebat Joseph, dicat an puer sit no-
 men hypostasis? Vide si puer ille sit tibi filius ex Aegy-
 pto vocatus. Item dic mihi, an ille, quem tu humanita-
 tem appellas, erat iumentum aut homo: nam si homo,
 et genitus et natus, et si sic genitorem habebat.

DE TRINITATE

Dic ergo à quo genitus est, et per consequens, filius
erit illius qui eum genuit. Dic si genitus est à Joseph
patre, an ab alio patre. Nec alium patrem reperies
nisi deum. Aut dices esse phantasma, et non carnem,
nam si caro est, ab aliquo patre nata est, ergo ipsi
cuius filius est, nec credo se sic evadere posse, nisi
ex duobus filiis unum filium facias, aut imaginarias
filiationes Christo ipsi ignotas, philosophis.

Sed quid mirum, dices Cde suppositis taccandis
filios faceri, nam duas duarum rerum naturales et
longe diversas. Similiter duas duarum rerum gene-
rationes concedimus, ergo duos genitos et duos natos
negare non possumus. Sophisticare quantum cupis -
velis in filiationis ratione, ut ex illis duobus
unum cumulum, unum aggregatum, aut unum con-
notativum suppositum facias: nam decephes, sic
hoc tibi videatur, secundum scripturam syncerita =
tem unicum esse filium, cum tamen duos genitos
et natos ante oculos videas, quis inter natos et fi-
lios differentiam faceret? Nec tales versutias un-
quam scriptura cogitarunt, sed simplicissime de
Jesu unico Dei filio loquuntur, et nullam aliam
rem, nullam aliam naturam, nihil præter hominem
natum aut genitum scriptura meminit, et ita signa-
tus de una et eadem re loquens, de Jesu Christi

sto, inquit filio Dei, qui est vere natus ex Deo et
 ex Virgine, ex Deo ante secula, postea autem ex Ma-
 ria sine semine viri, sed qualiter, hoc videbitur in-
 fra. Ero nunc simplicissime volo, quod vetulae lippi,
 et tonsores, Christum esse filium Dei cog-
 noscant, et in hoc sit radix et fundamentum, post-
 ea de verbo liberius loquemur. C. H. S. S. V. S.
 enim et mulieribus se esse Messiam predicabat.
 Respice obsecro, quomodo vetula filium illum me-
 taphysicam intelliget, ubi quam plurimi et subti-
 lissimi heresiarchae lapsi sunt.

Item ad praedicta Deus dixit Johanni, Super-
 quem videris spiritum Dei descendentem et manen-
 tem super eum, hic est ille. Et ego vidi, et testimo-
 nium perhibui, quod hic est filius Dei, Joannis pri-
 mo capite.

Nota obsecro patentissima verba sine circumlo-
 quio. Nam tua sententia deceptus fuisset johannes,
 dicens illum de quo vivit esse filium Dei, nec est cre-
 ditibile ipsum de re illa separata excogitasse, nec de
 ea cognoscenda dederat ei Deus signum. Aut dices
 caelestem vocem fuisse fallacem, dicendo, Super-
 quem videris, hic est ille. Fallax etiam fuisset dum su-
 per re omnibus presente descendens, dixit, Hic est
 filius meus, vel tu es filius meus, Matthaei et Luc. 9.

DE TRINITATE

si rem aliam latentem per illud pronomem demon-
strabat, non fuisset patens testimonium, sed dixisset per
spulium. Item Joan. 9. interrogatus Jesus, quis
est ille filius Dei, respondit, Et vidisti eum, et qui lo-
quitur tecum, ipse est, quid clarius dici potuit? ead
oculam demonstrato dixit Centurio, Vere hic homo
filius Dei erat. Considera nunc quod illa pronomi-
na rem sensu perceptam demonstrant, nec credi, q
Centurio fuisset Sophista, aut fuisset per comunica-
tionem idiomatum locutus. Item audi Paulum, qui
illico atq; visum recepit, ingressus Synagogam, pre-
dicabat Jesum, quoniam hic est filius Dei Act. 9.
nec sermo de Verbi Hypostasi hic perquiritur, immo
ille ex post facto est à Johanne declaratus ad hanc
doctrinam confirmadam, non enim repugnat, sed ne-
bis cum probat. Vide etiam si Summus sacerdos bene
cum Hypostasi cogitabat dum dixit, Est tu filius Dei
benedicti? et respondit Jesus: Ego sum. Mar. 14.
Vos dicitis quia ego filius Dei sum. Luc 22. simili-
ter Luca 11. Ego credidi quod tu es Christus -
filius Dei, quae liquidissima verba, quantum sunt cum
sophistica illa communicatione idiomatum perver-
sissime detorta, ipsi dijudicent, ego enim cum summa
simplicitate verba Christi intelligo, nec ali-
quam vim eis inferri permitto, volo scripturam ad hanc
fictionem

fictiones componendas post se trahas. Sed quod ipsa
 intacta servata te trahat, nolo quod tam patentem
 Evangelij certitudinem, incertis imaginariis rē
 duas dubiousam.

Si dicas, nihil videri ultra alios Christo tri-
 bui, cum et nos filij Dei nominemur. Respondeo,
 quod modo ex hoc quod nos filij Dei nominemur pro-
 batur ipse esse verus filius. Nam ad similitudinem
 hominis homines dicuntur filij, discrimen tamen est
 latum, ut cognito verbi Sacramento patebit. Et
 nos si filij dicimur, hoc est, dono et gratia per ipsum
 nobis facta, ideo ipse hujus filiationis author, excel-
 lentiore longe modo dicitur filius: Et quanto de
 Christo fit mentio, ponitur articulus, et di-
 scitur, hic est ille filius Dei, ad designandum cum
 generali appellatione dici filium, uti nos, sed pecu-
 liari quadam et insigni ratione: est enim ipse natu-
 ralis filius, sed alij non sunt filij originis, sicut filij Dei,
 non nascuntur filij Dei. Per fidem Jesu Christi
 adopti efficitur filij Dei, Gala. 3. Et Ioan. 1. ideo per
 adoptionem dicimur filij, Rom. 8. et Ephesios. Ad
 Christum simili ratione facere adoptionem
 impietas est Grogianorum. Nam de Christo
 non legitur talis adoptio, sed vera à Deo patre ge-
 neratio. Et Sapient. 2. Non solum filius, sed verus filius.

DE TRINITATE

Et Rom. 8. Non solum communis filius, sed proprius filius dicitur, et aequè proprie deus dicitur pater, sicut Christi. sicut terreni patres dicuntur patres suorum filiorum, alias deus non posset dici causa peculiariter efficiens, et productiva alicuius certi effectus. Nam si ipse prolem aliquam sibi singulariter eligat, et se solo tantum operetur ad generationem illius, sicut terrenus pater potest operari, quare non aequè proprie merebitur dici pater? Numquid ego qui generationem alijs tribus, ipse sterilis ero, dicit Dominus? Esaiæ 64. immò potius dicitur ipse pater, quia ab ipsa omnis paternæ cognatio in caelis et in terra nomenatur, Ephe. 2. Ego magis, quia non solum cum genuit, sed deitatis plenitudine cum decoravit, ut in hoc assimilaretur patri filius. Item alia ratione proprius quàm homines dicitur deus esse pater, quia ipse in aliorum generationibus operatur. Alij vero in sui filij generatione nihil agunt, ergo si proprius dicitur ipse pater, propriissime utitur alios Christus dicitur esse filius.

Tertio, istam dixi esse veram, Christus est deus, dicitur enim esse specie deus quia, ut inquit Apostolus, erat in forma dei. Et secundum Tertulianum, Inuentus est deus per virginitatem, sicut homo per carnem. Nam Christus secundum inlerio =

Tertia pro
positio.

interiorem hominem, ut Bauli more loquar, sonat
 quod dicimus, ex interiori divinitus facta unctione.
 Secundum carnem homo est, et spiritu est deus, quia
 quod natum est de spiritu, spiritus est, et spiritus est
 deus. Et ita Esaias 9. Buer natus est nobis, vocatusque
 nomen eius deus fortis. Vide clare, et dei nomen et
 fortitudinem nato puero attributam, cui data est om-
 nis potestas in caelo et in terra. Et Thomas Johan-
 nis 20. eum appellat deus meus dominus meus. et
 Rom. nono Christus dicitur in omnibus deus
 laudandus et benedicendus. Multisq; alijs locis eius
 divinitus ostendit, quia exaltatus est ut acciperet
 divinitatem, et nomen super omne nomen. Cavent
 ergo qui in tantum eum deprimere nituntur, ut hu-
 manitatem tantum veluti rem quantum subiectam vi-
 ci velint, in tantum eum imperfectiorem reddunt, q
 non solum negant esse dominum suum, sed negant
 esse a deo unctum regem iudaeorum, negant esse re-
 conciliatorem, mediatorum, immo ea quae sunt naturae
 ab eo usurpant, negantes eum esse filium Mariae, et
 deniq; negant esse hominem. Quis non lachrymabi-
 fur tantam Christi facturam, q. Moyses homo terrenus
 mediator inter populum et deum fuerit vocatus, et se-
 cundus homo de caelo caelestis mediator esse nego-
 tur. Omnia haec volunt esse hypostasos nomina.

Regant homi-
 nem esse de-
 minam, et
 concedant
 deum esse
 asinum.

DE TRISTITATE.

*
Ero quare communis schola communicationem
idiomatum admittit, scilicet q̄ natura humana sua
prædicata Deo communicat, quandam novam imposi-
tionem in illo termino homo, fingunt, ut aq̄i potest
huic orationi, sustentare naturam humanam, tunc
per communicationem idiomatum hæc, Deus est ho-
mo concedunt. Fundatur hæc solida doctrina in illo
Joannis primo, Verbum caro factum est. sed quantum
à Joannis sententia distent, postea cognosce, hæc so-
lum in ferim tecum cogita, si Christus aut ipse
esset interrogandus, an imaginativam tam sophisticam
esset reperibilis in ore eius, nam sic oportet nos lo-
qui, ut inquit Petrus, quasi si loquamur obliquati.
Postquam Christus se magistrum nostrum pro-
vare suffit, ab eius oraculo esset responsum expectan-
tum. Cogita si Christus, aut eius discipulus
Baudus notis denuo prædicaret, an tolerare posses
sælia hominum figmenta, et placitas socum impu-
ras, et quod ab illis universalis et Catholica fides
pendent. Sunt ne hæc super firmam petram fundata,
an potius super arcem, quomodo omnis lingua con-
fitebitur Christum, si in sola eorum lingua fa-
ctitia illa et sophistica voces reperiantur, quali-
ter iudicarent isti alias gentes sentire de fide. hæc
noscere vis an super scripturis se fundent, vide si hoc
homo

Sanctam, quam in posturam in Biblia tenet, an in graeco vel Hebraico loco vocis Latina ponatur, illud est sum, sustentans naturam humanam. Quia Christum magnum Sophistam et Sophistarum faciunt magistrum, dicentes, quod illa dictio Christus sit à Prophetis, Apostolis, et Evangelistis imposita, ad significantem secundam personam, commotando, quod sustentet naturam humanam. Sed quis dicerent si loco vocis Christus, in omnibus Biblijs poneretur illa vox unctus, an simplicissime loquendo, secundam personam unctam esse dicerent, et eam accepisse spiritum sanctum et virtutem, ut de vero Christo dicitur Acto. 10. An secundo illa res dicere possit, omnia mihi tradita sunt à patre meo. Sophistice etiam locutus esset de ipsa pater, dicendo, Ecce puer meus quem elegi, dilectus meus, ponam spiritum meum super illum, Esaiæ 42. non ad illam, sed ad hominem Jesum relatam inoenies, Matthæi 12.

Item, qua et qualis est communicatio paradigmatum, nam illud paradigmam, sustentans naturam humanam, prius non conveniebat homini, qualiter ergo homo sua paradigmata, si non sunt sua, Deo communicat?

His igitur cavillationibus rejectis, sincere patere verum Christum, et eum totum dici in fide plenum agnoscamus. Sed quia hæc ejus divi-

DE TRINITATE

nitatis ex verbi sacramento periret. Exo nunc grosso modo dicamus, Deum posse homini divinitatis plenitudinem communicare, et dare ei nomen quod sit super omne nomen. Si enim de Moyse concedimus quod factus est Deus Baraonis, multo fortius et excellentiori longe modo factus est Christus Thomas - et omnium nostrum Deus, Dominus et magister. Et quia singulari modo Deus erat in eo, et quia per eum Deum habemus propitium, signanter dicitur est Emanuel, id est, nobiscum Deus, immo ipse dicitur, Et - Esaias 9. Quem si nobis est datum à Deo privilegium, ut filij Dei nominemur. 1. Joan. 3. cum Christo carius erit privilegium, ut non modo filij Dei, sed etiam dicatur et sit Deus noster, nam dignus est agnus qui occisus est, accipere divinitatem, scilicet accipere potentiam, divitias, sapientiam, fortitudinem, honorem, gloriam, et benedictionem, Apocalyp. 5. Aliqz est in eo et multiplex Scitabilis potentia, aliqz de quibus infra dicemus, in perestigabili virtutibus eius, quae omnia sunt praedicata quae deus homini communicat. Sed homo Deo nullum praedicatum de novo dat, quid enim potest homo Deo de novo tribuere? Aut id attributum, est res frivola, indifferens. Aut est perfectio, et sic deus ea perfectione ante caruisset. Aut est imperfectio, et sic rationem imperfectionis

Ationis deo nunc convenire dices, quae horribilia sunt.
 Quae autem deus homini aliquis det, hoc non est
 Detrimentum dei, sed exaltatio hominis: nec est mu-
 tatio in deo, sed in homine, perrenire enim de man-
 istrante Christum, concedo, hoc est deus no-
 ster, deus benedictus, deus fortis. sed proximo de-
 monstrante invisibilem deum, per horrescens concede-
 re, hoc est mortuum, hoc est flamma, sitiens, esuriens,
 hoc est asinus, hoc est longas aures, sicut impud-
 cissimi Sophistae in circumcisis labijs concedunt. Et
 tibi proderit si contra eos exclamando, caelum terra
 misceas, imò ferrea fronte, haec esse eloquia dei, tan-
 quam ignis purgata, dicent. Haec est contra tales alius
 efficacius argumentum, quam reducere eis ad memo-
 riam praecipuum Apostolorum Petri et Pauli. Ti-
 mot. 1. Formam habetis sanorum sermonum, sicut à
 me audivisti. Et 1. Pet. 4. Si quis loquitur, loquatur qua-
 si eloquia dei. Et 1. ad Tim. 4. Qui diversam sequi-
 tur doctrinam, ab ea quae est scientiam pietatem, sa-
 nae Christi doctrinae, is inflatus est, nihil sciens.
 Vide nunc pietatem doctrinae quam à Paulo didice-
 runt, quae deum habere longas aures, et esse asi-
 num concedit: nec mirum, si Turci nos asinarios
 vocant, postquam nos deum vitare asinum non
 erubescimus.

Omnis sermo
 spurcus ex
 ore vestro
 procedat.

DE TRINITATE.

Tria pharisaeorum argumenta soluit. Instabit contra dicta, si Christus illo modo sit Deus, erunt iam plures deij. Hic proponitur Christum futuram mihi magistrum, ut solus ille me defendat, nam ex ceteris dictis omnia possunt resolvi. Ad argumentum istud pharisaeorum respondet ipse magister Jo. 10. quia ego dixi de vobis, declarat tibi Christus se Deum non natura, sed specie, non per naturam, sed per gratiam. Et hanc arqueret, quia se Deum faciebat, de Deo respondit eo modo quo propheta Deus dixit, eam sibi dicitis rationem attribuens. Etiam quia subdit, si ego dixi deos, ad quos sermo Dei factus est, quanto magis filius hominis quem pater sanctificat, ne dum filius dicet, sed etiam Deus. Ex privilegio igitur ei datum est, ut sit Deus, quia pater eum sanctificat, per gratiam unctus est, exaltatus, quia se humiliavit exaltatus proae consortibus suis. Datum illi nomen, quod est super omne nomen. Et, ut inquit Petrus, accepit a Deo patre honorem et gloriam, quae omnia secundum gratiam sunt, nam per naturam solum patrem dici Deum, satis indicat scriptura, dicens, Deus et Christus, Christus et Deus, ita eos conjungit, quasi Christus sit res à Deo distincta. Similiter dum dicit, Deus est pater filii Christi, differentia notatur inter Deum et

Christi =

Christum, sicut inter patrem et filium. Idemque
 quum dicitur Christus Deus, Deus Domini nostri
 Iesu Christi, caput **CHRISTI** Deus.
 Et Christus ad Deum, Deus meus, Deus meus.
 Et ex communi usu scripturae pater dicitur Deus,
 et Christus, Dominus et Magister. Et Chri-
 stus ipse Ioan. 17. Cognoscant, inquit, te solum ve-
 rum Deum, et quem misisti **IESUM CHRIS-
 TUM**: Licet enim Christum verum Deum
 esse dicam, tamen relatione ad patrem facta differen-
 tiam notat hic locus verus. De Christo dicitur
 apud Ioannem, ad differentiam simulacrorum, et eo-
 rum, quos falso Deos laetabant 1. Ioan. 2. Similiter ad
 Thimotheum et Colossenses, solus pater vocatur Deus
 invisibilis. Christus etiam bonus vocatus, ra-
 tionem bonitatis ad Patrem transfert Matthaei 23.

Nec miretur aliquis, quod scripturas ab haereticis
 pro se citatas induco, nam licet ipsi eis abusi sint, non
 propterea perdidissent suam sinceritatem, ut eis in
 eternum uti non liceat, nam sicut tu, ita et ego de
 homine ipsas intelligo. Nec ad eorum propositum
 illas induco. Quid enim si **IESUM CHRISTUM**
 magnum Deum esse dico, et cum hoc quod simpli-
 cissime loquendo ipse dicat, Pater maior me est, an
 propterea sim Arianus. Nam Arius, quum de filio

DE TRINITATE.

diuersum a patre sentiebat stultissime, et Christi gloria incapacissimus, nouam creaturam homine excellentiorem introduxit, cum tamen ea factura et factus omni distinctione potuisset concedere, Pater maior me est. Sed separatam rerum pluralitatem philosophari volens, foeditime lapsus est.

Item ne te decipiat vox, deus, cuius significationem non intelligis, nec intelligere poteris, donec scias quid significet Elohim, quod tibi, si hebraice noris, infra reddam clarissimum. Nam cogitare debes, omnia, qua de Christo scripta sunt, in Iudaea esse gesta, et hebraeorum lingua, qua exopta in omnibus aliis est penuria nominum diuinitatis. Ideo nos inter deum et deum distinguere nescientes, falli-

Deus non est mir, et quod iuxta vocem Elohim Christus nomen natura sit factus deus noster non magis est quam dicere, quod sit factus Dominus noster, iudex noster, et rex noster, postquam datum est ei a Patre regnum omne iudicium et omnis potestas. Quod satis indicat Thomas dicens, Dominus meus, Deus meus. Et Epianus vocabitur, inquit, Deus fortis. obet etiam quod Cyrum regem, qui veri Christi erat typus, vocat scriptura Elohim, Deum Israëlis. Epianus 43. Dabo, inquit, tibi thesauros absconditos, ut scias, quod sum Dominus, qui uoco nomen tuum Deus Israël. Similiter si

conce-

LIBER 1.

14.

concedimus, quod Moyses constitutus est. Pha-
raonis Exo. 4. quare de vero Christo nega-
mus, nam Christus Moysen longe praece-
dit. Hebra. 3. Ista comparationes sunt minima, ut et
eis Christi sublimitas probetur. Sed me ad eas
cogit venire, dum ita indigne de humanitate sentis,
nec reponis in corde tuo, Deum posse ultra, quam
enarrari possit, hominem extollere, et supra omnem
sublimitatem ad dexteram suam collocare. Sed hoc
adhuc parum est, ut de Christo integre sen-
tias, donec verbi arcana noveris et scias, Chri-
stum hunc ipsum esse et fuisse ab aeterno Deum.

Item hanc in Christo Deitatis rationem
ex veteri Testamento cognosces, si sententias, quae
hebraica ponatur, quando Christus Deus vo-
catur. Et cum hoc notes, differentiam inter יהוה
propriū Dei nomen et יהוה אלהים
et alia similia Deo attributa. Et quod Thomas Joan-
nis 20. non Jehouah, sed Elohim et Adonai de Chri-
sto dixerit, infra probabo. Similiter Elohim dixit
Apostolus ad Hebr. 1. cuius rei ignorantia Graeco-
philosophos mire decepit. Imo Salomon iuxta histo-
riam ibi dicitur Elohim, est enim ille locus ex Psal-
mo 44. Nec Apostolus omne suae probationis robur
in voce Elohim fundat. Sed etiam, quia dixit, Thronus

DE TRINITATE.

et regnum eius in seculum seculi, non ex sola voce Elohim non probasset Christum maiorem angelis, nec maiorem aliis principibus, quia ab eodem propheta dū dicunt. Imo ab eodem Apostolo, et ab eodem angeli vocantur Elohim, dum dixit, et adorate eum omnes angeli. Et minuiti eum paululum ab angelis. Utrobique enim ponitur Elohim. Nec omittam hic (quia contra me facere videtur) fallam esse imaginationem eorum, qui a Deo, et non ab angelis, diminutum dici volunt, longe enim distant a mente propheta, et ab Apostoli processu, qui totus est de angelis. Nec curo hic de naturis inquirere, sed hunc hebraicum seruaabo, q. res magna apud Hebraeos nomine Deorum et Angelorum vocantur, communibus nominibus est apud eos sermo de angelis et insignibus hominibus. Et Petrus Angelos eos vocat, qui Gen. 6. Elohim seu filii Elohim dicantur. Et sicut de illis, ita de celestibus angelis dicitur filii Elohim Job. primo et 38. Similiter et \square 5. de angelis et hominibus fortibus dicitur, Psal. 88. et Job. 41. Haec comparatio confert, ut litera spiritui seruiat. Nam ut infra dicam, David in suis aduersitatibus, a quibus liberatus est, genuit typum passionis et resurrectionis Christi, et dicitur a diis diminutus, q. aliquas patitur calamitates, quas dii et potentes pati non solent.

Et

Et iste idem est sensus de Christo pro tempore passionis. Nam si diligentius inspexeris dictum Pauli, nihil aliud continet quam Psalmista interpretationem, ut hoc diminutio propter mortis cruciatum intelligatur, et ab angelis est diminutus, quando angelico exutus decore, ignominiose passus est. Et hoc idiotismos solent Apostoli (Græcam ut puto secuti interpretationem) per angelorum nomina significare, ut rem magnam significare volens, si quis hominum loquar et angelorum, si angelos iudicabimus, id est, si ea quæ sunt maiora et panem angelorum, id est, panem speciosum, in conspectu angelorum, id est, in conspectu Principum. Quod et Chaldaica passim sequitur interpretatio. Et in dicto Psalmo 8. tam Græce quam Chaldaice ponitur angelus pro Elohim, et Græca Tralatig est, quæ ubi sensus non variat, ab Apostolis citari solebat. Ex quo etiam dictam Petri de Angelis est clarum, nam Septuaginta interpretes, angelos eos vocarunt Gen. 6. Et dum res gesta narratur ad Scripturæ historiam debet haberi relatio. Et Petrus in recognitionibus Clementis libro 1. dicit, quod erant homines, angelorum vitam agentes. Et angelos vocat epistola Iudæ, insignes illas bestias, quæ in superficie terre grassantur, reliquerant proprium domicilium. Et hoc est quod peregrin-

Aldina editio
non est 70. in-
terpretum.

DE TRINITATE.

nantes dicuntur, Ecclesiastici 16. Fuit enim Cain cum
 sua progenie (quos Hebraei Dæmonia magna vocant)
 profugus in superficie terra. Sed de his Petri dicitur
 disputabo latius, lib. 3. Sufficiat pro nunc declarare vo-
 cem Elohim, ne ex illis locis epistola ad Hebræos
 quis contra me aliquid molliatur. Non solum enim
 illa diuinitatis nomina non reuicio, sed per excellen-
 tiam Christo conuenire dico. Ideo ad notan-
 dum differentiam ab aliis diis addito, Deus omnis
 terre, Deus magnus, terribilis, fortis, mirabilis et su-
 per omnia benedictus. Quam rem propter penu-
 riam nominum diuinitatis non aliter quam per vo-
 cem Deos, Apostoli declarare Græcis potuerunt.
 Sed raro utuntur, quæ omnia sunt diligenter ex-
 pendenda, nec tantum nobis fecissent negotium, si
 Hebræica Græci didicissent.

Argumentum factum de pluralitate Deorum re-
 torqueri potest, nam iuxta Christi responsum
 tres illas res, Deos concedere cogatur, et per na-
 turam Deos. ut Christus non est per natu-
 ram Deus, aut non respondit ad propositum: nam
 ibi de eius deitate agebatur. Ergo contra eos argu-
 mentum pugnat. Si dii sunt eo modo, quo filius est Deus,
 et fingant quotcumque, sibi velint per naturam Deos,
 quia nobis cum Paulo unus Deus sufficit, qui est Pater,

Omnia argu-
 menta retor-
 quentur.

L

et unus Dominus IESUS Christus, qui est
 filius 1. Cor. 8. Adde etiam ad solutionem argumenti,
 quod licet Christus sit Deus, est tamen unum
 cum patre. Ideo arguitur pluralitas ad mentem
 eorum, nam iste est DEUS, communicata sibi a patre
 Deitatis ratione: Ideo una ^{et} eadem est deitatis ra-
 tio, et simul cum patre est unus Deus.

Instabis praterea, quomodo **CHRISTVS**
 dicatur de coelo descendisse, et missus a patre in
 mundum venisse? Nam dixi in argumento praece-
 denti, quod qui huiusmodi argumentis innituntur,
 videntur ad arma Pharisaeorum recurrere, et cum
 eis carnaliter sapere. Nam Iohannis sexto arguta-
 bantur Pharisei, Nonne hic est filius Ioseph, cuius
 nos nouimus patrem et matrem, quomodo ergo di-
 cit eis aperire, sed post discipulis rem aperiens, di-
 xit, quid igitur, si videris, filium hominis ascenden-
 tem ubi erat prius, spiritus est qui viuificat, cui non
 prodest quicquam, verba haec spiritus et vita sunt.
 Item, Christus non de illa secunda re, sed de
 seipso loquens dicit, quia de coelo descendi, ergo ra-
 tio contra te procedit. Dico igitur, quod verbum Dei est id
 quod de coelo descendit, ut dicitur sup. omnipotens ser-
 mo filius Dni exiens de coelo, quia intonuit de altissi-

Secundum
 argumentum
 Pharisaeorum.

PETRONIUS

mo Deus, et de coelo dedit docem suam, et hic sermo
est in terra factus filius. Intermittensq; sermonem
de pane illo coelesti seipsum. Christus decla-
rat. Nam quid panis ille, qui de coelo descendit in
verbum dei, de quo potius quam de materiali solo
pane vivit homo. Et hic sermo, hic panis, ut ipse testa-
tur, est ipsemet Christus, ipsamet caro, ipsum-
met corpus Christi. Sed quia haec verbi arca-
num praesupponunt, ad sequentes libros differant.
Potuisses tamen interim intelligere de coelo, id est,
de supernis, quia ut ipse testatur, vos deorsum estis,
ego de supernis sum, Ioan. 8. Potuisses etiam verba
Christi spiritualiter sic intelligere, nam Chri-
stus in spiritu Dei praecessit omnia tempora, et
erat in coelo, sicut et manet nobiscum usq; ad con-
firmationem saeculi. Et eo solo, quia verba eius erant coe-
lestia; Debuisses concedere, quod ipse e coelo erat, nam
baptismus Iohannis e coelo erat, et secundus homo
de coelo coelestis. ceterum id quod dicit eum missum a pa-
tre, non videtur magna difficultas. Nam et Iohan-
nes dicitur missus a Deo Ioan. 1. Fuit homo missus a
Deo, cui nomen erat Iohannes. Similiter Moyses et
Propheta missi a Deo dicuntur. Et Ioan. 17. Chri-
stus de apostolis ad patrem loquens, sicut tu, in-
quit, me misisti in mundum, ita ego mitto eos in
mundum

mundum. Et Ioan. 20. Sicut misit me pater, ita ego mitto vos. In has comparationes incidere cogor, non quia sit omnimoda similitudo, sed ut tibi persuadeam, hominem esse missum, quod tu tua seductus philosophia, renegare niteris. Est enim magnus abusus, quod illa secunda res dicatur passivè mitti, cum sit ipsa met Dei natura. Est verum, quod hæc singularis Christi missio, et a patre exitus radices habet in Deo fixas, quas patefacto verbi arcana aperiemus. Similiter, quod Christum in mundum venisse dicis, quid mirum, cum et aliis hoc conveniat Ioannis 1. omnem hominem venientem in hoc mundum.

Item de quo rege intelligis illud Luca 19. Benedictus, qui venit rex in nomine Domini. Item considera, quod ille qui spiritu Dei aguntur, extra mundum sunt, Ioan. 17. et 1. Ioan. 2. Et dicunt, intrare mundum, sicut domum publicanorum. Et dicunt, intrare terrenum istud tabernaculum corporis nostri, et dicuntur indui carnem, sicut quando quis induit vestimento. Et qui spiritu loquitur, supra mundum se esse considerat. Et Petrus in hoc tabernaculo, tanquam in re superpositicia, alligatum se esse dicebat, loquendo scilicet secundum internorem hominem.

Præterea argumentari potes, quomodo Christi Tercium argumentum
Ihu, ad Phil. 2. Non rapinam arbitratus est se esse Pharisæorum.

DE TRINITATE.

æqualem Deo. Hac Pauli verba sunt tam obscure et
varie ab eis interpretata, ut ex ipsis neminem clare
convincere possint, eo magis quia Paulus de Chri-
sto IESU simpliciter loqui est manifestissimum.
Primo interpretantur quidam, quod secunda illa per-
sona absque latrocinio arbitrabatur se esse æqualem
primæ. Atque hanc prophanam expositionem ad
Philosophicas naturas detorquent, dicentes, quod
non arbitratus est esse rapinam, id quod erat nature.

Alii legunt, Non arbitratus est rapinam, ut esset
æqualis Deo, id est, non arbitratus est æqualitatis Dei
rapinam, non curavit æqualitatem Dei sibi usurpare.
Iste intellectus maiorem habet apparentiam quam
primus, quia Paulus nunquam de illis naturis cogita-
vit, et est contra mentem Pauli, qui nihil agit quam
Christi modestiam et humilitatem. Etiam eis
manifeste repugnat natura dictionis, sed, quæ ut di-
cunt Legista capitur adveritative, et necessario debet
esse hic sensus, non se exaltauit, sed humiliauit, non
arbitratus est, sed ~~deiecit~~, ^{inaniuit, submitte se.} ~~sed humiliauit~~, non
frustra in his, (quæ omnia falsa sunt) operas perdo,
cum in verbis Magistri lateat vera solutio, est enim
argumentum Phariseorum, qui Ioan. 5. mordebant
Christum, quia se faciebat æqualem Deo, et
Christus respondens, hanc æqualitatem non
negavit,

negavit, sed dixit, quod quaecumq; pater fecerit, haec
 etiam et filius faciet, et sicut pater, ita et filius su-
 scitat mortuos, vivificat, leprosos mundat, caecos illu-
 minat, surdos, paralyticos, demoniacos, et alios cu-
 rat, et deniq; pater omne iudicium, omnem potesta-
 tem dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut ho-
 norificant patrem. Ecce quomodo **CHRISTVS**
 sit factus equalis Deo, quia omnia quaecumq; habet
 pater, sua sunt. Ecce quomodo **NOBIS**, id est, species
 deitatis in eo relucebat, dum tanta operabatur mira-
 cula. Et hoc est, quod Paulus ait, eum in forma et spe-
 cie Dei constitutum. Ex his consideremus Christi
 humilitatem, quam tanquam omnis humilitatis speci-
 men nobis adducit Paulus, nam tanto maior est humi-
 litas, quanto maiori praeditus potentia, magis se sub-
 mittit et deicit. Sunt enim multi viri boni, qui si ma-
 gistratus efficiantur, sive ad altiorem venerint form-
 nam, efficiantur tyranni. Sed non sic in Christo,
 nam Christus hanc tantam in se dei aequali-
 tatem, non arbitratus est rapinam facere, voluit ea
 per modum rapinae uti. Primo, quia non acceptavit
 rapinam illam, dum cognovit, qd rapturi erant ipsum
 ut facerent Regem, Ioan. 6. Sed humili habitu se gere-
 bat, et regnum suum non esse de hoc mundo voluit.
 Et ad hunc discursum capituli 5. et 6. respicit Paulus

DE TRINITATE.

Secundo, non arbitratus est rapinam, ut raptis sibi
duodecim legionibus angelorum, se contra Iudeos
violenter defenderet, sed humiliter pati voluit.
Hac igitur est aequalitas, quam existens in forma
Dei, habebat, aequalitatem virtutis Dei in se habebat,
scilicet, ratione potestatis sibi ad Dei aequalitatem da-
ta, dicto cap. 5. Quia inuentus est Deus per virtu-
tem, sicut homo per carnem. Et omnia quae habet pa-
ter sua sunt, et per eum fiunt omnia quae verbo Dei
efficiuntur, cum ipse sit verbum Dei; Et ita de aequa-
litate virtutis dixit, quod erit filius hominis sedens a
dextris virtutis Dei. Lucae 22. Et eum a dextris vir-
tutis Dei vidit Stephanus Acto. 7. Et istam aequalita-
tem et ad dextram Dei exaltationem declarat Pau-
lus Ephes. 1. non de re illa, sed de Christo di-
cens, eum constitutum super omnem principatum,
potestatem, virtutem, et dominium, et omne quod
nominatur, non solum in hoc seculo, verum etiam in
futuro. Denique omnia subiecta esse sub pedibus illius,
atque eum datum super omnia caput ipsi ecclesiae, qui
omnia in omnibus adimplet. Similiter aequalitas vir-
tutis Dei in eo notatur. Daniel 7. Ecce filius hominis
veniebat, et usque ad antiquum dierum pervenit, et
data est ei omnis regiae potestas. Et Hiero. 30. de eo
admiratur, Quis est ille, qui ita accedit et applica-
tus

tus est Deo, ut usq; ad aequalitatem sibi appropinquet. Et haec est mera veritas, ut Joseph constitutus sit aequalis Pharaoni, licet pure loquendo dicat, Pharaon maior me est.

Item, Paulus non dixit esse duas res et unam naturam: vel quod secunda illa persona sit aequalis essentiae cum prima. Nam si Paulus intellexisset, q; secunda illa persona sine rapina se esse aequali naturae cum prima arbitrabatur, quare non dixit, aequalem eam esse primae personae, et non Deo, nam vivus est sermo Dei, et ibi quid distinctum à Deo notat. Quorsum etiam miscuisset de rapina sermonem? Quae potuit esse rapina suspitio in eo qui est eadem res, eadem natura, friuole namque locutus esset Paulus. Item quis non videt vocabulum, arbitrabatur, esse penitus humanum? quis non videt latrocinii arbitramentum, profane rebus illis attribui? Item audi q; dicit in forma Dei constitutus, qualiter dixisset secundam personam habere, speciem Deitatis, si est ipsamet Deitas et natura, si aequae proprie omnino et aequae per naturam est deus, sicut prima persona? Inepte locutus est Paulus, mentitus est, qui patrem se maiorem dixit, nam sine calumnia loquendo, per relationem ad filium est ibi maioritas, q; ex voce pater, et ex relativo, Me, constat, deberes etiam, si Metaphysica sit

Retorquetur
argumentum
multis modis.

DE TRINITATE.

æqualitas, æque facile et æque propriè concedere q̄
prima persona est pater DEI, et est æqualis filio, fa-
cet e conuerso, quod tamen scriptura abhorret. Item
ponderes sequelam distorum Pauli, qua propter deus
summe illum extulit, relatio enim est ad illum qui ar-
bitrabatur. Cui ergo secunda illa persona sit ita vehe-
menter exaltata, quia se humiliavit. Ridiculum enim
puto dicere, q̄ Dei natura se humiliet. Item, ut dixi,
Pauli scopum considerando, infringitur Theophy-
lacti cæcitas, nam Paulus ibi non de natura Chri-
sti, sed de eius specie agit. Qualiter ergo ex hoc
concludi potest illa natura æquipollentia? Item, ca-
pias ibi v̄ba græce loq̄ aduerbii æqualiter, nam, d̄i-
ctis æqualiter ^{non naturam sed dispositionem notat} secundum virtutem se deo offerre po-
- ^{et æqualiter} tuit, qui pollicetur se posse facere omnia quæcumq̄
pater faciat.

Resolutio infallibilis veritatis, hæc est, quod in
specie Dei constitutus, habens Dei virtutem, non in
rapinam putauit, æqualiter esse Deo, non arbitratus
est, ut ea Dei virtute ad rapinam uteretur. Nam ve-
re rapina fuisset, si ab eo opere se violenter abdi-
casset, ad quod Pater eum destinauerat, aut si regi-
am huius mundi tyrannidem sibi occupasset. Et hæc
est propria significatio vocis ἀπεισαν. Nam
Chri-

Christus nunquam harpagare curavit, nunquam aliquid ab aliquo violenter rapuit. Hanc sententiam illustrat Græcus articulus ἴς, quasi dicat, hoc ipsum quod esset æqualiter Deo. Hanc in se Dei æqualitatem, non arbitratus est, ut rapinam faceret. Nec Saulus facit capitale de voce æqualiter, ut quidam vanissime putant. Sed hoc per sequelam ex specie Deitatis infert, inquit enim, q̄ in specie Dei constitutus, non arbitratus est ἴς ἕν ἰβὺν θεῶν, non arbitratus est illud esse æqualitatis, non arbitratus est illam æqualitatem (quam scilicet in forma Dei constitutus habebat) rapinam facere. Et hic sensus ex dicto capite s. est clarus, nec potest hic de alia æqualitate agi, quam ibi agatur. Nam cum ibi de eius cum Deo æqualitate ageretur, eam Christus non negavit. Immo in se esse facto demonstravit, licet ea non quasi tyrannus aut gygas ad rapinam usus est, sed humiliter se gerebat, servili hominis habitu, factus obediens usque ad mortem. Quod dicitur formam se speciem servi sumpsisse, hoc ideo dicit, ut distinguat a forma Dei, de qua dixerat, nam utrobique ponitur μορφῆν, et significanter dixit, ut maiorem humilitatem exprimeret, nam utraq. specie pollens humiliori usus est, non specie et fortitudine Dei, sed quasi unus de hominibus, et dicitur habitus reportus ut ho-

DE TRINITATE.

mo, sicut dicit Psalmista, ut homines moriemini, sicut
 dii sitis, Psal. 81. Et Sampson quia fortissimus, quasi non
 homo, sed plus quam homo, dixit, Ero tunc debilis,
 sicut homines, Iudicum 16.

Ecce uniuersos Scripturae locos, qui de aequalita-
 te loquuntur, a nostri seculi pugnis multum remo-
 tos, et questio de aequalitate vel inaequalitate natu-
 ra Apostolis fuit incognita.

Quidam tamen aequalitatem naturae philosophan-
 tur, quia aequali voce dictum est, dixit Dominus Do-
 mino meo, Psal. 109. Sed istis parcendum est, nam ori-
 ginalem Scripturae sanctae linguam ignorantes se-
 ipsos ignorant. Tu tamen si hebraice nosti, inuenies,
 prophetam dicentem 'וְהוּא יְהוָה' ^{וְהוּא יְהוָה} Ma-
 nifeste etiam de Christo dicitur, Adon, Mala-
 chia 4. Et haec propheta de secundo a dextris, ut
 probatur Hebraeorum decimo, impleta est in Chri-
 sto Marci ultimo. Philosophi tamen alios in secu-
 lorum aonibus lesiones effingunt. Item, ex verbis
 Christi hoc est per se notum, nec de nomine
 'וְהוּא יְהוָה' sibi attribuendo contendit. Tunc enim faci-
 lis in eum fuisset Iudaeorum responsio.

Summa Summarum, ut scias, quo tendat animus,
 meus, excepto illo unico Joannis verbo, dico uniuersas
 Scripturas a prima usque ad ultimam loqui de ho-
 mine

mine ipso Christo, et verbum illud Joannis non loquitur de eo quod est, sed de eo quod erat, errorque latet in non intelligendo, quid illud fuerit, et quomodo sit caro factum. Nec te seducant imaginationes tuæ, sed hoc in visceribus cordis reponas, quod in universis scripturis homo ipse Christus loquitur, et in illum semper dirigantur cogitationes tuæ, Deum oro, ut tibi det hilarem animum ad audiendum, et ego reddam tibi (sectusa omni calumnia, distinctione et equivocone) Scripturas planissimas, et Deum ipsum ante oculos ponam, modo in faciem Christi semper respicias.

DE SPIRITU SANCTO.

Tertiam rem absolutam ab aliis duabus vere et realiter distinctam adinvenierunt philosophi, quam Tertiam personam, seu Spiritum Sanctum appellant, et sic Trinitatem imaginariam, tres res in una natura machinati sunt. Sed reverentes testes dei, aut unus tripartitus sub colore et nominibus unitatis nobis inculcantur. Super quo recentiore auctori sententiam, quam ponit Joannes Malonius, in suis sententiis libro primo, distinctione 4. in solutione 6. argumenti. Apud eos enim expeditissimum est, captis absolute vocibus, tres esse res, quas absolute, sim-

Non est in Evangelio una littera, quæ de thematico illo filio loquatur.

DE TRINITATE.

placiter, vere et realiter, ita differentes seu distinctas dicunt, ut una nascatur ex altera, et alia suffletur ab aliis, et omnes illa tres intra volium unum reclusa. Ego tamen, quia personis abuti nolo, primam rem, secundam rem, tertiam rem, eas vocabo, nam in scripturis nullum aliud nomen erit inuenis, et de personis quod sit proprie sentiendum, dicam postea. Concedentes igitur illas tres, quas sua more personas appellant, ab inferiori ad superioris arguendo, plures res, plura entia, plures essentias, plures substantias, plures vras, absolute concedunt, et ex consequenti voce DEVS absolute capta, plures erunt Dii.

Quod si ita est, quid culpantur Tritaista, qui tres Deos dicunt, nam et isti tres Deos, et unum tripartitum moliantur. Illi tres eorum Dii unam compositionem faciunt, et licet compositionis verbo aliqui uti nolint, tamen constitutionis verbo utuntur, et DEVS constituitur ex illis tribus rebus. Clare ergo nos Tritaista sumus, et nobis tripartitus est Deus, Athei, hoc est, sine Deo, facti sumus. Nam statim quod de Deo cogitare volumus, ad tria similitera diuertimur, ut nulla in intellectu remaneat unitatis ratio. Modo quid aliud est, sine Deo esse, quam de Deo cogitare non posse, obiecta semper intellectui nostro imminenti quadam trium rerum confusione

sione, a qua semper quod de Deo cogitamus de-
mentamur.

Et vide, quam viriliter Deum unum defendunt,
Nam et si concesserint omnimodam et absolutam
Rerum et Entium pluralitatem, et ex consequen-
ti plures Deos absolutos, est tamen eis unus Deus
connotativus. Dicunt enim, ut ibidem refert, eas
voces secundum eorum usum, seu potius abusum,
non casu absolute, sed factitio quodam sophisti-
co et connotativo modo. Videntis in alio
mundo versari, dum talia somniant, nam regnum coe-
lorum non novit illas tricas, et alia eis ignota via
de spiritu sancto scriptura loquitur.

Sed quia altiore hanc res querit indaginem, ad
sequentes libros differatur. Mirè namque et quasi
incomprehensibiliter de hac re agit scriptura, pro-
cipue apud eos, qui peculiarem eius loquendi con-
suetudinem non norunt, nam per Spiritum Sanctum
nunc ipsum Deum, nunc angelum, nunc spiritum ho-
minis, instinctum quendam, seu divinum mentis fla-
tum, mentis impetum, fuit habitum intelligit, licet
aliquando differentia notetur inter flatum et spi-
ritum. Et aliqui per Spiritum Sanctum nihil aliud in-
telligi volunt, quam rectum hominis intellectum
et rationem. Et apud Hebraeos קדש nihil

DE DEFINITIONE.

aliud nisi spiraculum seu flatum significat, quod indifferenter ventus et spiritus dicitur, et apud Graecos πνεύμα pro quocunque spiritu et mentis impetu capitur: nec constat, quod spiritus dicatur sanctus, nam omnes illi animi motus, dum Christi religionem concernunt, sancti dicuntur, et Deo sacri, quia nemo potest dicere Dominum IESUM nisi in spiritu sancto.

Superest ad aliquos scripturae locos respondere, ex quibus moderni tres illas res philosophari posse putant, ut 1. Iohan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in coelo, Pater, verbum et spiritus sanctus, et hi tres unum sunt. Ad quod, ut plenius satisfaciam, respondebo prius ad duos alios scripturae locos, quos etiam ad hanc rem probandam inducunt Iohannis 10. Ego et Pater unum sumus. Et Iohan. 14. Pater in me et ego in Patre.

Primum inducit Augustinus contra Arrium, quia dixit unum, et contra Sabellium, quia dixit, sumus. Ex quo duas illas res contra Sabellium, et unam naturam contra Arrium concludit. Ego tamen simpliciore sensum illa verba facere puto, nam Christus loquitur et dixit, sumus, quia Deus et homo, dixit unum, ut aduersus Praxeam inquit Tertulianus, et non dixit, unus, nam unus singularis numeri

meri significatio videtur, quasi singularitatem unius
et eiusdem rei notans. Unum vero neutraliter, non
ad singularitatem, sed ad unanimitatem et concor-
diam pertinet, ut duo crederentur in una virtute.

Et hoc est, quod antiquiores unam usiam recte dixe-
runt, quia est una potestas a patre filio tradita. Po-
steriores tamen vocem homusion, sicut et hyposta-
sim, et personas pessime subsannarunt, de usia natura
facientes, non modo contra vocabuli proprietatem,
sed contra omnes scripturae locos, in quibus illa
vox reperitur, nam Ioan. 17. et Matthaei ultimo, et
ubique de potestate sibi a Patre tradita loquitur Chri-
stus: Ponitur dictio usia, quae Graecis non significat
naturam, sed facultates, operes, fortunam, divitias et
potestatem, quae omnia in Christo sunt opu-
lenter, et eius cum Patre est una potestas, unus con-
sensus et voluntas. Et tam Latinis unum quam Graecis
ἐν, unanimes, conformes, et omnes idem sapientes,
comprehendit, et capere in scripturis unum pro
una natura, est potius metaphysicum quam Chri-
stianum, imo extra scripturas Graecia nunquam no-
vit ἐν pro una natura capi. Si dicis, quomodo
ergo doctores Graeci ita capiunt? Respondeat ad
hoc Magnus Basilus contra Eunomium libro 4. ubi
non ex propria significatione id esse, sed philoso-

DE TRINITATE.

phando syllogizat. Nobis igitur vocabuli interpretationem, aut ex propria significatione, aut ex alius scripturae locis oportet accipere: quod tamen unum in scripturis importet illam metaphysicam naturae unitatem, nusquam reperies, imo oppositum, ut apparet ipsiusmet Christi verbis, qui tanquam fidelis Magister scriptum declarat Iohannis 17. orat enim patrem pro Apostolis, ut omnes unum sint sicut tu pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, et sint unum, sicut et nos unum sumus. Repetita saepe voce, eos unum esse orat. An propterea sequatur, & nos, qui ad similitudinem eorum unum sumus, constituamus unam naturam. Certe unum sumus, quia sumus unanimes, seruantes unitatem spiritus in vinculo pacis. Item Hier. 32. Dabo eis cor unum et viam unam. Et Acto. 4. Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Et iuxta huius dicti intelligentiam, aliud dictum intelligi expresse vult Origenes contra Celsum libro octauo, Pater, inquit, et filius unum sunt, quos constat duas res esse substantias, unam vero consensu conuenientiae et voluntatis identitate.

Ennius etiam
in annotationibus
ita exponit

Similis videtur esse intellectus apud Cyprianum in epistola ad Magnum, et Paulus ad Galat. 3. ex unitate fidei concludit nos unum esse. Et 1. Cor. 6. Qui

ad glu-

adglutinetur Domino, unus cum eo spiritus est. Tamen de una natura nunquam cogitavit. Imo etiam si dixisset, Ego et Pater non sumus duo, sed unum, nihil concluderes, nam vir et foemina non sunt duo, sed una caro, tamen ex hoc non philosophatur una natura. Si dicas non oportere, quod in illo Ioan. 17. sit omnimoda similitudo, quod aequè proprie oportet dici dicantur unum esse, sicut filius et Pater, unum sunt. Ad hoc vere dicas, non esse omnimodam, sed tu nullam ponis, cum aliqua sit. Et non esse omnimodam similitudinem est indubitatum, nam ipse solus est in sinu patris, simul cum Patre est una virtus, eadem veritas et potestas. Ideo excellentiore longe modo dicitur ipse esse unum cum patre, praecipue apud eos, qui verbi sacramentum norunt, tamen non propterea sequitur, quod mathematicam illam naturae unitatem ex illo concludas, nam illa est una philosophica imaginatio multum separata, et in sacris literis non expressa. Tunc etiam inepta et disparata esset Christi assimilatio, ut ipsi sint una natura, et nos conceder, et dicat, unum sint, sicut nos unum sumus. Item Christi sententiam alia coniectura percipies, si non capias cruda et indigesta verba, sed dicti ordinem et causam notes, nam Christus s. adiecit, se esse unum cum Patre. Ad probandum, quod

DE TRINITATE.

nemo potest rapere oves de manu sua, quia pater eas dedit ei, et si nemo potest eas rapere de manu patris, sequitur, q̄ nemo poterit eas rapere de manu sua, quia ipse et pater sunt una virtus, et de consensu patris tenet eas.

Ex his declaratur alter locus Joannis 14. Pater in me, et ego in patre. Super quo tamen ipsi hallucinantur. Nam Hilarius libro quarto de trinitate dicit, q̄ naturam intelligentiæ humanæ, rationem huius dicti non capit, et proportionabiliter alias res in aliis esse concludit dicens, q̄ singula sunt in singulis, prima in tertia, et tertia in secunda, et e diverso. Sed mirandum, cur suo sensu alienari se permittit, et magistri interpretationem non respicit. De solo oculo prodest Christum dici Magistrum, si eius interpretationes non animadvertamus. Eodem enim capite 14. dicit Christus ad Apostolos. Ego in patre, vos in me, et ego in vobis. Tamen Apostoli non sunt cum Christo illo modo inculcative in una natura. Item, quod fortius est, ibidem et Capite sequenti se declarat Christus dicens, q̄ est in nobis, dum verba eius observamus, et ipse est in patre, quia præcepta eius servat et diligit. Item adhuc fortius ibidem et Joannis 10. Ex eo q̄ facit opera patris, infert se esse in Patre, dicens, Propter ipsa facta

Et credite mihi ut cognoscatis et credatis quod pater in me est, et ego in patre. Videt Hilarius quatuor erat Magistri dialectica, quomodo ex operibus inferat Christus illam Metaphysicam naturarum, seu rerum unius naturae in parentiam. In praedicto etiam capite 10. 14. se declarat Christus, et eadem quasi ratione dicitur esse in patre, qua dixerat se esse unum cum patre, inquit enim, Sicut tu pater in me, et ego in te, ita ipsi in nobis unum sint, et dilectio qua dilexisti, in ipsis sit, et ego in ipsis. Et Joan. 6. Christus in nobis manet, et nos in illo. Et Ephesio 3. ex fide et Charitate concludit Christum in nobis esse. Et 1. Joan. 2. ex Charitate inferat quod in ipso sumus. Et Cap. 3. qui servat praecepta eius, in illo manet, et ipse in eo.

Ex his facile soluitur principalis ratio. Primo testificatur pater, quia qui misit me pater, testimonium perhibet de me, testificatur enim dicens, Hic est filius meus dilectus. Secundo testificatur Verbum, quia ipse Christi sermo satis declarat eum ex Deo esse, ut ipse de se ipso testatur. Ex verbis potissimum quatuor sit ille cognoscitur, licet munus hodie fructu et in efficacia verba Christi faciat. Sed dato Spiritu in cognoscentur esse viva.

Tertio testificatur Spiritus sanctus, hoc quod sit

DE TRINITATE.

taceo, libero sequenti expositurus. Et videbis quid aliud posse intelligi per paraclitum illum: pronuntio dico, ut Joan. 14. et 15. declarat Christus, nam me praesente, sermo quem audistis, seu verba quae ego loquor, testimonium dant: postea vos cum induiti fueritis virtute ex alto, ut Luca ultimo dicitur, testimonium perhibebitis: et accepta per superuenientem spiritum hac virtute, iussit eos verificari Act. Et hoc est testimonium spiritus sancti, sicut testimonium conscientiae suae testimonium spiritus sancti vocat Beatus Loma. 9. Et si tres unum sunt, ut est supra declaratum, et ipsamet Glosa ordinaria exponit, unum sunt, id est, de eadem restantes. Non enim Joannis est ex conformitate testium efficaciam veritatis ostendere, quia non vacillant seu variant eorum testimonia, ut exceptione aliqua recusari possint, sicut in testibus variis fieri iure solet. Beata vero Matthaei 24. dicit una glosa, videas Moysen et Iesum colloquentes Iesum. Lex enim et Prophetia et Iesus unum loquuntur et consonant. Tres ergo ibi verificantur ipsum verbum, Christus ipse, et Moyses, id est, Lex à patre data: et Helias id est, spiritus prophetiarum, quia testimonium Iesus est spiritus prophetiae, Apoc. 19. Et si tres sunt et summus inter eos conformitatis consensus.

item

Item ex verbis Magistri Rabetz declaratio, qui
Joan. 5. citat tria testimonia. Primo, testimonium spi-
ritus, quia Joannes descendente spiritu testificatus est.
Secundo, testimonium suum, quia opera quae ipse fa-
cit, testificantur. Tertio, testimonium patris testifi-
cantis adducit, et ista tria concordant.

Item retorquere possumus argumentum, osten-
dentes dictum Joannis non posse ad mentem illorum
capi, quia est contra totum eius scopum et mentem
nam constat ibi agi non de natura illarum trium te-
stium, sed de fide et unitate testimonij. Item, vide ad
quod propositum illa testimonia inducat. Considera
quò tendat probatio Joannis, non enim intendit idem
ex idea derivare seu probare, quod secunda illa res
sit filia prima. Sed probat ipse qd Jesus ille Nazare-
nus quem oculi eius viderunt, et manus eius con-
trectaverunt, sit filius Dei, et non filius Joseph. Et ad
hoc credendum nos hortatur, sicut astrictè tenemur.

Et qui non ita credit, non est Christianus: qui non ita
credit, non est fundatus super illam petram, Tu es
Christus filius Dei vivi, Matth. 16. Haec enim lapis primus
est petra, à qua Petrus dictus est, petra super qua firmus et
est primus petrus fundatus, fundamentum Ecclesiae prius credi-
dit credere Jesum Christum esse filium
Dei, sic est angularis lapis, super quo omnis stru-
etur = filius Dei.

Dr.

DE TRINITATE

etura crescit in adificationem corporis Christi
quod est ecclesia. Dices ta, Christus ipse est
angularis lapis, sed q, obsecro, est Christus
in nobis, nisi credere ipsum esse filium dei. Nullus
enim Christus per fidem in cordibus nostris,
Ephes. 3. Rex manis est dicere q. Christus de se
sit petra, si id quod nos super petram adificat tollat.

Secunda auctoritas, qua secundum Petrum Lom-
bardum in 1. sen. dist. 2. trinitatem evidentissime com-
mendat, est ad Regna, undecimo, Ex ipso, per ipsum,
et in ipso sunt omnia. Nam Aug. lib. 2. de Trinitate
cap. 6. de illis tribus rebus exponit. Ex ipso, propter
primam: per ipsum, propter secundam: in ipso, pro-
pter tertiam. Sed non credo Baulum, si de hoc fuis-
set interrogatus, ita philosophaturum, nam hoc
esset contra morem suum, et impertinenter ibi de
his ageret. Solum enim altitudines dei patris admi-
rator, et omnis philosophia qua ibi colligi potest,
est in illa particula, per ipsum. Nam cum alibi
verbum, nunc per se ipsum dicat, colligit, q. om-
nia qua per verbum operatus est deus, per se ip-
sum operatus est, de quo et Irenaeus testatur, con-
tra eos qui tra los igitur secundum eum hunc locum facere in-
dicabit liber sequens. Et Baulus nihil ibi aliud
per se ipsum. dit, q. multi formes dei dispositiones, et magnitudi-
nem

Exponit Irenaeus, cum operatus est, de quo et Irenaeus testatur, con-
tra eos qui tra los igitur secundum eum hunc locum facere in-
dicabit liber sequens. Et Baulus nihil ibi aliud
per se ipsum. dit, q. multi formes dei dispositiones, et magnitudi-
nem

nem potentia eius commendare, sicut quando dicitur, ipse est super omnia, per omnia, et in omnibus, Ephe. 4. Et magis, quia idem Apostolus 1. Corin. 8. in illa vocum triplicatione non comprehendit tertiam personam, unus, inquit, est Deus pater, ex quo omnia, et nos in illo, et unus Dominus Iesus.

Christus per quem omnia, et nos per ipsum.

Eccc illa tria ex ipso, per ipsum, et in ipso utinam de tertia persona meministis. Et idem Apostolus ad Colossenses 1. de solo filio dicit, omnia per ipsum, et in ipso creata sunt.

Præterea ex farina satis tribus, tres illas res Hieronymus philosophat. Sed valde frivolum est, et quid Platonicum sapit, ex parabolis, ex numeris vocum numeros in rebus philosophari. Si nobis hæc philosophia permittitur, quid culpant Marcum Calabasum et similes, qui ex parabolis, ex literis et numeris vocum sacrae scripturae, terniones, quaterniones, et octoniones philosophantur: Similiter Semicuram, Byblum, Hieroma, et denique varios Acones syllogizant, solo nomine isti ab illis videntur differre, et sicut illi ex visu, ex lacrymis donum, res alias ex alijs ortas dicunt, ita nos dicimus, quod prima res seipsam intelligendo secundam producit, et quot illa duas se mutuo diligendo tertiam spirant. Vbi obsecro

d. 3.

DE TRINITATE

haec portentosa in scripturis legisti? et ultra eos haec
terribilissimum addimus, quod tres illae res inter se
sunt variae una et eadem res.

Dicit praeterea Lombardus, quod singulae peni-
syllabae novi testamenti hanc trinitatem concorditer
insinuant. At mihi non syllabae, sed omnes literae et
ora infantium et lactantium, immo lapides ipsi cla-
ment unum Deum patrem et Christum eius -
Dominum Jesum 1. Tim. 2. Unus enim Deus,
et unus mediator Dei et hominum homo Chri-
stus Jesus et 1. Cor. 9. Nobis unus est Deus
qui est pater ille, et unus Dominus Jesus Chri-
stus. Joannes etiam, cui coeli in Apocalypsi fuerat
aperti, solum vidit Deum patrem, et Christum
eius, et solus Deus et agnus ibi laudantur. Stepha-
nus item apertis caelis, vidit gloriam Dei, et Je-
sum stantem a dextris eius, tamen tertiam perso-
nam non vidit. Et Matth. 23. Unus est pater vester,
et unus magister Christus. Et Ioan. 8. Ego so-
lus non sum, sed ego et pater. Haec verba Chri-
sti cum tanta emphasi prolata, me solent usque ad
viscera penetrare. Non sum, inquit, solus, quia pater
mecum est. Et non noverunt patrem neque me. Joan-
nis 16. Et Capite 14. Cognoscant de solum Deum ve-
rum, et quem misisti Jesum Christum.

Non

Non etiam iussit nos invocare tertiam rem, sed patrem
 et se, et patrem in nomine sui, similiter dum dixit,
 Nemo novit patrem nisi filius, nec filium, nisi pater,
 dormiebat illa tertia res, aut horum cognitione ca-
 rebat? Et 1. Joan. 1. Desyderat Joannes nos habere so-
 cietatem cum patre et cum filio eius JESU Chri-
 sto. Tamen de societate cum illa tertia re non lo-
 quitur. Et 1. Joan. 5. Obtestor te, inquit Paulus, in con-
 spectu Dei, et Domini JESU Christi, et ele-
 ctorum angelorum, ut haec sermo sine precipitatio-
 ne iudicij. Nota solennem Pauli protestationem fieri
 coram Deo Christo et angelis, et non coram
 tertia illa re. Similiter Apocalypsis 9. Confitebor, in-
 quit Christus, nomen eius coram patre meo,
 et coram angelis. Nota gravem illius tertiae rei in-
 iuriam, et coram angelis dicat Christus, et
 non coram ea. Similiter de se solo et patre et an-
 gelis facit mentionem Marci 8. Luca 9. et 12. Et Jo-
 hannes Apocalyp. 1. Desyderat nobis gratiam et pa-
 cem ab omnipotenti Dei, et a septem spiritibus qui
 in conspectu throni eius sunt, et a JESU Chri-
 sto qui est testis fidelis, tamen ab illa tertia re
 nihil nobis desyderat. Et Paulus in omnibus epistolis
 ait, Deus pater, et Dominus JESUS Chri-
 stus, a Deo patre et Domino JESU Chri-

DE TRINITATE

No. Frequensq; est in scripturis mentio de exi-
stentia Dei patris et filij, et de eorum veneratione
adoratione, at de spiritu sancto non fit mentio, nisi
ubi est sermo de agendo, quasi per quamdam acciden-
talem predicationem, quod est notatu dignum, quasi
spiritus sanctus non rem aliquam separatam, sed dei
agitationem, energiam quamdam seu inspirationem
virtutis dei designet.

Quam rerum triadem, post alios confirmat Lom-
barus per illud Exod. 3. Deus Abraham, Deus Isaac,
Deus Jacob. Si in bono sensu trinitatem dicerent, vide-
rari posset, etiam si iste locus hoc non probet sed
probat; Matthaei 28. Baptizate in nomine patris,
et filij, et sancti spiritus. In nomine patris quia ipse
est omnis dei primus, verus, et originalis fons, pa-
trisci primo. In nomine filij Christi, quia
per ipsum habemus reconciliationem domini deus, nec
est aliud nomen sub caelo in quo oporteat nos salvos
fieri. Acto. 2. Et in nomine sancti spiritus, quia manus
qui eo nomine baptizantur, sancti spiritus donum
accipiunt. Sicut dicimus, in nomine magnificentiae
saris. In nomine gloriae dei. Et Petrus in recogniti-
onibus Clementis, non dicit tres aequales res, sed firmam
dionii nominis invocationem, quia tres sunt admiran-
da dei dispositiones, in quarum qualibet dionius
reducet,

releuet, ex quo sanissime trinitatem intelligere posses, nam pater est tota substantia et unus Deus, ex quo gradus isti et personatus descendunt. Et tres sunt non aliqua rerum in deo distinctione, sed per se ipsas. Varijs deitatis formis, nam eadem divinitas qua est in patre, communicatur filio JESU Christo, et Spiritui nostro, qui est templum Dei viventis, sunt enim filius et sanctificatus Spiritus noster consortes substantia patris, membra propria, et instrumenta, licet varia sit in eis deitatis species, et hoc est quod distinctae personae dicuntur, id est, multi formae deitatis aspectus, diversa facies et species. Haec ab hac sententia antiquiores dicunt Apostolorum traditiones, immo subscribunt jam ad rationem, quod in ea non notentur illae tres res, ex eo probatur, nam dum loquitur Deus ad Jacob, dixit, ego sum Deus pateris tui Abraham et Isaac gen. 28. et 32. Tamen ex hoc non potes inferre duas philosophias. Et dum loquitur ad Isaac, dixit ego sum Deus pateris tui Abraham gen. 26. Item, si ibi tres illae res intelligantur, quomodo dicetur, Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Jacob pater JESU Christi Acto. 3. An illa imaginaria trinitas dicatur pater JESU Christi. Nam sicut prima homo hominem genuit, ita et secunda, et sic concedimus

Essentiam di-
cunt sibi illis
tribus rebus
communica-
biles.

d. 5.

DE TRINITYTATE
quod filius Dei est pater Iesu Christi.

Intelligamus igitur sceleris his, quod Deus ibi occurrit, ne Iudaei pluralitatem Deorum credant, nam ad istam pluralitatem (sicut et haec nos ipsi) erant praeconi, et Iudaei pro numero civitatum soliti erant multiplicare Deos. Hierem. 2. et 10. secundum numerum civitatum tuarum erant Dej tui Juda. Et praevidens Deus ne iuxta numerum aetatum seu generationum hominum multiplicarent Deos credentes, alium fuisse Deum Abrahamae, alium Deum Isaac, alium Deum Jacob, eundem se Deum omnium illorum dixit, ut ex verbis quae praemisit, ostendit, dicens, ego sum Deus patrum tuorum. Et ita solet ipse dicere, Ego sum Deus qui eduxi te de terra Aegypti, et de Aethiopia, et de Aethiopia. Et Exo. 3. dicit se esse illum qui apparuit alijs, Ego, inquit, sum Deus qui visus sum ipsi Abrahamae Isaac et Jacob. Et Esa 48. Ego ipse, ego primus, ego novissimus.

Secunda solutio, quae ex verbis Magistri colligitur, cum priori etiam conveniens est, quod eo respectu dixerit se Deum Abrahamae Isaac et Jacob, ut ostendat se non modo praesentium, sed etiam praeteritorum Deum. Nam ex hoc dicto probatur Christi resurrectionem, si enim ipsi sit Deus praeteritorum, sequitur quod omnes illi vivunt, Lucae 20. Ex quo
perper-

perpende quanta in verbis legis lateat significatio, etiam si sensus literis videatur esse plang. Mirabilem hinc nobis dat doctrinam Magister, quae si animas vertat, ex lege tibi Christum infra clare probabo. Argumentum item, secundum eorum interpretationes, si rectius cogites, retorqueri potest, nec ratio Spiritus Sancti rem tertiam designat, nam ibi et apparitio ignis, quos dicunt esse quos proprium rationis Spiritus Sancti, sicut et apparitio columbae Matthaei et Lucae 3. Amen, audi vocem, Tu es filius meus dilectus. Ego sum Deus patrum tuorum. Quae verba non aptantur ad rem tertiam distinctam: Similiter, sicut scribitur, Spiritus Sanctus locutus est, ita etiam Deus locutus est per os sanctorum et prophetarum, Acto. 3. et Hebr. Non ergo distincta rei, sed ipsi deo, ea quae sunt rationis Spiritus Sancti, post sunt accidentaliter attribui, quia Deus Spiritus est. Et sanctus sum ego qui sanctifico vos. Haec vox paraclitus est peculiare nomen illius tertiae rei, nam Christus ipse dicitur paraclitus, 1. Ioan. 2. Dumque dicitur alius à Christo paraclitus, et Christus ipse ipso paraclitus esse ibi notatur, et alius eo dixit, quia tunc ab ipso verbo, ab ipso Christo cum in dies audientis consolabantur, et ipse eis patrociniabatur. Postea vero non ab ipsa verbi praesentia,

DE TRINITATE

sed spiritus patrocinium habebunt, et spiritu conso-
 labuntur, Veritate eis revelata. Erat ergo non tertia
 illa res, sed Deus est qui unxit nos 2. Cor. 1. Et Spiri-
 tum Dei in nobis manere, nihil aliud est nisi quot-
 unctio, quam ab eo accepistis, manet in vobis, et illa
 est quae docet vos de omnibus 1. Cor. 2. Et accipere
 spiritum sanctum nihil aliud est, nisi quod superve-
 niente in vos coelesti nuncio virtutem ex alto acci-
 pietis Luca 24. et Acto. 1. Et quot talis virtus non
 sit res separata, probatur Marci 5. et Luca 9. ubi
 novit Jesus in semet ipso virtutem à se exisse. Si
 si potes, quae est entitas illa, seu res quae ab ipso pro-
 duxit dicitur. Nam simili modo dicam, ego de alia
 coelesti virtute. Item quod spiritus sanctus non possit
 absolute rem tertiam designare, sed quot secundum
 accidens dicatur, ex eo probatur, quia spiritus san-
 ctus dicitur augeri vel minui. Numo. 11. dixit Domi-
 nus ad Moysen, Auferam de spiritu tuo, et iterum au-
 ferens de spiritu qui erat in Moyses, et imis septua-
 ginta viris. Et 4. Regum 2. fiat in me duplex spiritus
 tuus. Item, quia non ad mensuram dat Deus spiritum
 Joan. 3. Et Daniel 6. Spiritus Dei amplior erat in Da-
 nielè quàm in alijs. Item, quid est quot Apostoli tes-
 tibus replebantur spiritu sancto, Acto. 2. et 4. An
 illa tertia res plures veniebat ad eos, se eis carnalis-
 ser

ter unicus? Vere nihil aliud est nisi quod audienti
ardebant Apostoli, et Summo fidei et Charitatis
feruore Charitas arguebant et hortabantur. Et
Johannem repleti Spiritu sancto iam ex utero, ni-
hil aliud est nisi quod virtute divina exultavit infans
in utero matris, Luca 1. Nec ex hoc inferre valet,
quod illa tertia res fuerit ei illo modo unita. Hoc
enim est plusquam carnale et prophanum, et pa-
ri ratione concluderes quod Spiritus Helia? Erat ei
unitus, quia dicitur cum venisset cum Spiritu et vir-
tute Helia. Item, quid est dicitur, affligere Spiritu san-
ctum, et Spiritus Prophetarum prophetis subiecti
sunt, an tertia illa res afflictionem patiat? Item da-
re Spiritum indicat esse id ipsum quod dicitur, Dabo
eis cor novum, et spiritum novum, et dabo nobis in-
tellectum. Et, ut inquit Joannes, Dedit nobis mentem
ut cognoscamus ipsum, sicut et Salomoni datum est
cor sapiens, et datur Spiritus Sapiencia? Spiritus con-
sili? Spiritus scientia? et pietatis. Verum, quare ex
his dicatur in nobis esse Spiritus Dei sanctus, dicam
in sequentibus. Pro nunc considera quod proprium
Dei est, et ei per antonomasiam convenit esse sapien-
tem, sicut esse fortem, justum, misericordem. Pro Deo
communicando nobis illa dona, dicitur dare nobis
Spiritum suum, ea enim ratione illa? virtutes solent

DE TRINITATE

exemplares vocari, quia sicut earum ^{idea} in Deo
relucet, ita eis in nobis relucentibus, dicitur exem-
plar d'ei, seu spiritus eius sanctus in nobis esse: et
non solum quam dantur talia dona, sed et hō, quia
dat flatum vitæ, dicitur dare nobis spiritum suum, Eze-
chielis 37. Item, quod spiritus sanctus non sit res di-
stincta, ex eo probatur, quia dicitur spiritus Chri-
sti, et spiritus filij i. Bet. 1. et gal. 4. Similiter Ro-
ma 8. Spiritus Dei habitat in vobis, si quis autem spi-
ritum Christi non habet, hic non est eius. quod
si spiritus eius, scilicet patris, qui suscitavit Iesu-
m etc. Propter quæ verba Hilarius libro 7. de Trini-
tate, per spiritum sanctum, aliquando patrem, ali-
quando filium, aliquando tertium rem, importari di-
cit. Et per consequens confusa sunt inter ea hæc
trium rerum nomina.

Sunt alia rationes quibus multi etiam per syllogi-
sticam evidentiam, seu per demonstrationem trinita-
tem conclusi dicunt, ut Ricardus lib. 9. de Trini. ca-
pite 2. Ex charitatis proprietate evidenti demonstra-
tione concludit, quod pluralitas in Deo deesse non
possit. Nam si dilectio est, in alterum est, id est, in fi-
lium. Et si dilectio est, iam ipsa dilectio aliquid est,
ergo tertia persona est. Similiter Henricus de Gan-
davo in quolibeto. 6. questione 2. Ex quacumq; in
his 3

nis inferioribus generatione, per medium intrinsecū
 de necessitate concludit, esse inter deos generatio-
 nes, quia in patre est solum noticia speculativa, et
 in filio practica, et in eis non est amor impulsivus,
 sicut in tertia persona, et per consequens unus sine
 alio nihil potest, nisi inter se copulentur, et gene-
 rent. Alias huius farinae rationes quāmplesimas con-
 sultus relinquo, et pro solutione omnium quae à phi-
 losophis hic adduci possent, istam regulam teneas qua
 est iurisconsulti in L. Item apud G. ait Gratianus ff. de
 iniurijs, quod ea quae speciali nota sunt digna, nisi
 specialiter notentur, neglecta esse intelliguntur. At
 si articulus iste sit speciali nota dignus, cum sit pri-
 mum totius fidei fundamentū, à quo et Dei et Chri-
 sti cognitio pendet, ipse dijudica, et an sit expresse
 notatus, ex scripturarum lectione dignoscitur, cum
 nec unum verbum reperiat in tota Biblia de trini-
 tate, nec de suis personis, nec de essentia, nec de uni-
 tate suppositi, nec de plurium rerum una natura,
 nec de alijs eorum cenophonjs et logomachijs, quas
 Basilus falsa agnitionis esse ait.

Superest, ut aliquibus rationibus et auctorita-
 tibus tres istas res in uno Deo stare non posse osten-
 damus. Primo triadem hanc imaginariam impugnavi
 possem 16. rationibus, quas ponit Robertus Holcos

DE TRINITATE.

in primo senten. distinctis s. ad quarum nullam bene
 respondet, nec respondere potest nisi sophisticè, mi-
 mo articulum hunc contra omnem rationem natura-
 lem esse concecit. Vide etiam præludia Beatri-
 cæ Aliaco libro primo, quartione quinta. Sed aliter pro-
 nunc propositum ostendo, et non solum tres illas
 res in uno Deo stare non posse probè, sed etiam in-
 imaginabiles esse, et de eis noticiam haberi omnino
 impossibile, nam habens noticiam trinitatis, habet
 noticias distinctas illarum trium rerum, et sic
 sciret habere noticiam unius, non habens noticiam
 rursus, quod omnes negant. Dices, aliquam habere no-
 ticiam trinitatis, quia habet noticiam Dei connota-
 do quod sit tres illæ res. O solidam sophisticarum co-
 lumnam, qualiter obsecro vis, fides obligari ad
 id, de quo laus Aristoteles nunquam fuit certus. Est
 ne æquum, quod nostra tanta certitudinis firmitate
 certis illis connotationibus pendeat? Quomodo
 scis? quis tibi has connotationes revelavit? immo ut
 clarissime alibi monstrabo, nulla est talis variolam
 intellectu, licet in vocibus reperiantur illi etiam
 aut saltem cum hoc non sit omnino certum, non po-
 test fides in his esse fundata. Item securum suam so-
 phiam, quomodo potest aliquid connotari per illum
 terminum album, quin per alium terminum abstra-
 ctum

cum albedo possit illud absolute impartari, et ita
 de alijs concretis rem certam connotantibus, aut di-
 ces hic solum connotari dispositionem. Et etiam re-
 gula Porphyrica, quod à quacumq; convenientia essen-
 tiali abstrahibilis est conceptus absolute et incom-
 plexe significans. Item juxta eorum regulas quere-
 rem, an Christo et angelis sit ignota trinitas?
 An in anima Christi in angelis tres trium re-
 rum noticias ponant, et sic tres deos distincte cog-
 noscant. Christus enim Matth. 18. dicit, quod
 angeli vident faciem patris sui, sed alias machinas
 non vident. Similiter Christus in seipso nihil
 aliud nisi patrem videbat, nec Job in caelo aliud vi-
 det. Somnia quantumcumq; velis, dirige oculos ad
 phantasmata, et reperies quod trinitas non est in-
 telligibilis sine tribus phantasmatibus, quia necesse
 est intelligentem phantasmata speculari. 3. de ani-
 ma. Immo quaternitatem intellectu colis, licet verbo
 neget. Nam quatuor habes simulachra, et quartum
 est circa essentiam phantasma, quia necesse intelli-
 gendo essentiam phantasma speculari, et visibilis
 qua de formatione noticia alibi dicam, et luce cogno-
 sces. Et nunc etiam, si ad veritas, cognoscere potes, q-
 uia trinitas nihil aliud est nisi quidam in imaginati-
 va specierum motus qui dementatum te tenet.

DE TRINITATE.

Si dicas, omnes una voce clamant, quod sufficit, credere, licet res non sit intelligibilis. Et in hoc sollicitudinem tuam grandis, quod rem non intelligibilem sine sufficienti scripturae testimonio admittis, non intelligentes, inquit, qua loquuntur, neque de quibus affirmant, et in his qua ignorant blasphemantes: eo magis, quia ipse fatens obiectum fidei esse ipsam intellectiōnem, modo, si fidem habes, dic mihi qua est illa tua capacitatis intellectus? Quid est id quod a te intellectum credit? an forte ipsam cerebri confusione pro sufficienti fidei obiecto reputas? Item nihil potest esse in intellectu, quia secundum se, vel aliquid simile, vel proportionabile, prius fuerit in sensu, primo Porro. Et s. de anima sed de tribus rebus unam naturam constituentibus, nec de prope, nec de longe unquam habuisti sensationem: nec aliquor gradus ad alios comparare potes, cum nec duae, nec tres, nec plures res, in unam naturam concurrentes reperiantur, et per consequens non reperitur fundamentum sensu perceptum, unde datam noticiam, intellectus syllogizando concludat, immo fatigatus et confunditur eo ipso quod circa illud speculari contendit, quasi super vento sine fundamento sensus edificans. Item imaginemur solam personam patris esse, ut aduersarii facile admittunt, dum personas

ab

ab essentia formaliter distinguunt, tunc queritis cum
 cuiuslibet rei conveniat propriam habere essentiam,
 et propriam naturam, qualiter imaginari poteris
 multiplicationem rerum sine multiplicatione essen-
 tia, et quod novae res accedat et non nova essentia?
 An per sensum ista vel similia aliquando perceperit?
 Certe non, ergo non per intellectum talia percipere
 speres.

Non solum rationibus, sed auctoritatibus in nu-
 meri pluralitatem hanc evitare docemur, atq; nisi
 delirus forte viderer, omnia gentiliū, philosopho-
 rum, poetarum, et Sibillarum testimonia, a Lactan-
 tii Firmiano citata, in medium adducerem, ut inde
 cognosceres quantum ludibris esses, si eis tres tuas
 res pro uno Deo venderes. Sed ex sacris literis rem
 demonstramus tam ex veteri quam novo Testamento.
 Matthaei 19. Unus est bonus Deus Marci 10. Nemo
 bonus nisi unus Deus. Nonne ergo solo nomine uni-
 tatis contenti sunt, qui re ipsa unum non agnoscunt,
 et facticia sua vocali essentia ad rerum pluralitatem
 se diuertunt. Et ne quem hic calumniari permittas,
 adverte, quod filius est qui loquitur, ex quo omnem
 unitatis Dei rationem in solo patre esse constat. Et
 q; non sit nisi Dei pater et filius DEVS Chri-
 stus, est textus urgens 1. Cor. 8. Unus, inquit, est

DE TRINITATE.

Deus, qui est pater ille, et unus Dominus IESVS
 Christus. Et Ephe. 4. unus est DEVS et pa-
 ter. Nescio qua sit hominum amentia, que non vi-
 deat omnem unitatis Dei rationem, semper ad pa-
 trem in scripturis referri. Et i. Thimoth. 2. Unus enim
 DEVS et unus conciliator Dei et hominum, homo
 Christus IESVS. Item quum Apосто-
 lus totiens de uno deo et Christo eius loqui-
 tur, et quod DEVS ille est pater IESV CHRIS-
 TUS, et quod Christus IESVS est media-
 tor, et quod per eum habemus accessum ad deum.
 An intelligendum putes, quod prima illa res sit pa-
 ter. secunda, et quod per illam secundam rem habe-
 mus accessum ad primam. Item, quando Ignatius Ire-
 neus, et alii antiqui disputant contra haereticos, quod
 Deus ille omnipotens, qui erat Deus veteris testa-
 menti, Deus Legis et Prophetarum, est etiam Deus
 novi Testamenti, et quod ille idem est pater IESV
 Christi, an intelligendum putes, quod tres il-
 las separatas res illi predicabant. Similiter Tertu-
 lianus, etiam si aliquando sibi non constare videat,
 tamen clarissimas veritates multas ex Apostolica
 traditione predicat. Item, licet sit liber apocryphus,
 est tamen antiquus, nempe recognitiones Clemen-
 tis, ubi etiam idiotis planissime Christus predi-
 catus

dicatis, multiplicem, ibi illius antiqua simplicitatis
 reperit odorem. Sed ne super incertis edificem,
 omitto, referam tamen verba Ignatii ad Philippen-
 ses, si quis, inquit, Deum legit et prophetarum
 unum praedicaverit, Christum autem nega-
 verit esse filium eius, mendax est. Si quis etiam confi-
 tetur Christum DEUM, negat autem DEUM
 Legis et Prophetarum patrem esse Christum,
 hic in veritate non stat. Et in epistola ad Tarsenses
 clare de Christo inquit, quod ipse, non ille qui
 est super omnia Deus, sed filius ipsius, Immo ut Iusti-
 nus Apostolorum discipulus ait, Christo ipsi
 non fuisset adhibita fides, si rem aliam Deum esse di-
 xisset, praeter factorem, fabricatorem, et patrem o-
 mnium. Habes etiam apud Ireneum libro primo, ca-
 pite 28. Haresim fuisse Cerdonis, quod ille ille
 qui in lege in prophetis annuntiatus est esse Deus,
 non sit pater DEUS Christi. Vide ibi et ca-
 pite sequenti, et scrutare, qua est causa, quod illi mo-
 di loquendi in Trinitarianis nostris non reperiuntur?

Hac sola ratio est validissima, si bene cogites, et
 totus Irenei liber est de hac materia, et tamen nun-
 quam eorum nugari meministi.

Item, in veteri Testamento praecipuum et plu-
 rier est, ne pluralitatem, sed tantum unitatem con-

DE TRINITATE.

fiteamur. Exod. 20. Ego sum Deus tuus, et non erunt tibi alii dii præter me. Et Deuteron. 6. Audi Israel, quod Jehouah est Deus noster, et Jehouah unus est. Hoc ita uertere uoluit, qua uocis proprietatem ignorantibus, foedissime ibi decipiuntur. Et cap. 4. Scito ergo hodie et cogita in corde tuo, quoniam DEVS ipse est DEVS in coelo sursum, et in terra deorsum, et non est alius præter eum. At uirg innumeri locis, Deus Israel, Deus solus, et ipse solus esse dicitur.

*
Ipsi tamen nolunt dici solum, sed tres habere socios.

Ad ista facile uidetur esse responderi posse, uerba tamen mangorizant, et mentem non capiunt, quando plures res dicunt, unam tamen essentiam, quasi non qualibet tres habeat suum esse. Immo, ut infra ostendam, potius congruit, quod una res habeat plures essentias, quam quod plures res habeant unam essentiam. Sapienter ab eis uiter res et naturas differentiam requirens, nunquam potui aliam inuenire rationem, nisi quod $\zeta \xi \gamma$ sic usi sunt. Item eorum defensio sine scripturarum testimonio facticia uideri potest, nam de uno deo constat, de rebus illis quas personas appellant, mentionem non reperio, nec de essentia scriptura loquitur, nec de aliis uniuersis eorum doctrinis Logomachis et Cenophanis. O Timothee, uocum nouitates deuota, quas nonnulli profertentes circa fidem aberrarunt: et alibi variis et pere-

peregrinis questionibus novite abduci. Item Paulus
2. Tim. 2. prohibet, ne verbali disputatione abducamur. Sed quod verbali sit eorum defensio, ex dictis
iam patet, nam concedentes tres esse res quas perso-
nas appellant, a convertibilitur arguendo, tria en-
tia concedunt, et ex consequenti tres substantias.

Ergo, si Deus absolute significet, clare sequitur, eos
esse reales Tritositas, et per consequens, scripturis
et unitati Dei realiter repugnare, et sophisticè
unum Deum connotativum defendere, propter quod
odibiles sunt Deo, sapientia 37. video obsecro soli-
dum aliud fundamentum, nam concedentes tres esse
res, negant tria entia et tres substantias, ratio, quia
ista nomina terminantur in tria, ideo sunt essentialia.
O mundi portenta, quod secundum exigentiam ter-
minationis vocum ludibrio sit nobis Deus, et secun-
dum exigentiam unius vocabuli pluralitatem in Deo
confiteamur, et non secundum exigentiam alterius,
quasi et Hebrais, Græcis, et Barbaris nomina De-
beant terminari in tria, ut certa sit omnibus linguis
regula detudendi Deum. Sunt ne istæ verbales illæ di-
sputationes, quas abhorret Paulus? Et si ab eis petas
quomodo vanissima ista fundamenta iactitant, respon-
debunt Magistorum usu se ita didicisse, non est eis
cura, si verbum Dei rescindant, modo Traditionis

DE TRINITYTE.

sua fermentum seruent. Item, audi quis de personis
 scriptura sentiat, ut usum istorum scriptura esse val-
 de conformem intelligas, nam exterior hominis fa-
 cies et representatio persona, in scriptura vocata,
 ut cum dicimus, pulchram iste habet personam. Et
 ita capitur Roma. 2. Coloss. 3. Acta. 10. et Petri 1.
 dum dicitur, quod deus non respicit personam, quia
 non habet respectum ad exteriora ista discrimina,
 si quis sit masculus vel foemina, seruus vel liber, Ju-
 daeus vel Graecus. Et ita capitur 1. Reg. 17. Iacob. 2.
 Leui. 19. Et Deut. 1. dum dicitur, quod non respicia-
 mus personam pauperis, aut vultum potentis. Et ita
 2. Cor. 1. 2. 3. 4. 8. 10. et 11. ponitur Graece προσώπων quod
 latine vultum, Personam, aspectum et faciem
 sonat. Sed extra scripturas, significatio vocis, perso-
 na, et Latinis ita per se nota, ut aliqui Diabolus eis
 suggererit mathematicas fingere personas, et pro
 personis, imaginarias et metaphysicas res nobis ob-
 trudere. In Christo enim relucebat una deita-
 tis persona, et in apparitionibus seu locutionibus dei
 patris alia, et in missione spiritus alia, et sicut in
 Evangelio nouimus personas, diuina scilicet manife-
 statione. Et alius paracletus secundum Tertulianum
 dicitur, non substantiae nomine, sed persona, quia a-
 lius aspectus, et alia fuit ibi Deitatis species et di-
 spositio

Spōsitiō

positio, apparitionum namq; modos considerat scriptura, et non metagysificat rerum naturas. Riman-
re hic ab origine causas, quid de personis antea sen-
tiret traditio, et quomodo temporum iniuria omnia
sint depravata, quale etiam in hypostasi portentum
fecerint, dicam postea quando de verbo loquemur.
Item, ad predicta Marci 12. Audi Israel, Deus
tuus unus est, et non est alius prater eum. Et secun-
dum mandatum est de proximo, in quibus duobus
mandatis totam legem et prophetas pendere, Mat-
thaei 22. dicit. Ergo in uniuersis legis mandatis non
mandatur credi imaginaria trinitas. Sed solus unus
qui dixit, Ego sum, Ego sum, et non est absq; me sal-
uator Isaia 43. et capit. 45. Ego Dominus et non
est amplius extra me, non est Deus absq; me, non est
Dominus, ego Dominus, et non alter.

Tot authoritatibus fulciuntur Hebraei, ut tantum
Deorum dissidium nouo testamento introductum, me-
rito admirentur, schismaticamq; putant Testamentum
nostrum, cum nos ab eorum Deo tantum abhorre-
re videant. Contra quos, si nobis disputandum sit, Apo-
stolicam oportet sequamur formam, scilicet ut eis ad
oculum hunc IESVM esse Christum, et
Dei filium indicemus, quod et Magister nos docet,
qui hoc modo Iudaeos inducebat Ioan 8. ille, inquit,

DE TRINITATE.

¶ ¶ ¶ quem vos dicitis Deum vestrum esse, ille est pater meus. Vide quam clare et intelligibiliter ad mentem eorum eis de Deo suo loquebatur, et propterea volebant eum occidere, quia patrem suum dixisset esse Deum. Ioan. 5. Et reus est mortis, quia filium Dei se fecit. Cur non cogitas in quo sensu hæc illi loquebatur, nec Christus hunc sensum negat, immo confirmat, respondens, vos dicitis, quia ego filius Dei sum. Item si Paulus esset hodie in Damasco, Iudæis hunc esse filium Dei persuasurus, crederes disputationis modum, ut Iudæi tales, quales eos hodie Messiam expectantes, videri, persuaderent, sicut mulier Messiam expectans, ex Christi dicto persuasa est. Aliqui tamen sibi ipsis videntis ita magnifici, ut non dignentur oculos ad hominem respiciendum inclinare, rem abiectam et ridiculam putant, hominem dici filium Dei, Sed quid aliud sublimius est, quod filium Dei faciunt, et ad filium oportere dicunt, quod sit eiusdem natura, suæ, ut aient, eiusdem speciei specialissima cum patre, et sic a limine hanc hominis filiationem tang, blasphemiam reiciunt. Sed respondeat pro me ipse Magister, qui de annis 10. aliorum hominum comparatione se filium Dei ostendit. Nam si alios homines dixit deos, vos dicitis

citius me blasphemare, quia dixi, filius Dei sum, cum
 Pater me ultra omnes consortes meos sanctificave-
 rit. Ecce clare illum qui sanctificatus est, dici filium
 Dei, hic est ille, qui sanctus vocabitur filius Dei, hic
 est ille de quo dicunt apostoli sanctum filium suum
 IESU. Suiam speciem specialissimam etiam in bru-
 tis fallere manifestum est, et ex suo capite illud re-
 quisitum effingunt, utinam isti modicum deo appro-
 pinquarent, nimirum enim remote de illo diiudicant.

Item concordent ipsi vetus testamentum cum no-
 vo. Quid est q. totiens apud Hebraeos de Messia re-
 ge dicitur, glorificavit, decoravit, coronavit eum,
 gloriosus, decorus, inclytus nobilit, gloria, laus, de-
 cor, pulchritudo, magnificentia, honor, quae etiam in
 novo testamento IESU Christo filio DEI
 sacrificia tribuantur, ipsi vero nihil horum homini
 tribuant, nec de veteris testamenti Messia curant,
 omnia per communicationem innotatum secundae
 rei adscribunt, dicunt enim, non esse duos reges, nec
 duos glorificatos.

Studiamus nunc portenta, quae reperit Trinitatis
 concertatio haec, nam ea in lucem protrahere suffi-
 cients erit omnium philosophorum confutatio.
 Tritotia, postquam haec de tribus rebus philoso-
 phia intrauit in mundum, tres Deos dixere, quod li-

DE TRINITATE.

et ore negent, re ipsa tamen nostri fatentis. Aetiani secundam illam rem a prima substantia separant, tanquam ea minorem. Macedonius tertiam illam rem Deum esse negat, sed patris et filii servam dicit. Ecce quomodo errato semel fundamento perditissimi homines agitantur in altum pelagus, quaestioni minori, quaestionem maiorem adicientes, et quilibet novum excogitant Deum, novas blasphemias ei semper adiungit. Praeterea Aetiani et Eunomiani dissimiles illas res esse dicunt. Origeniani, quod non possit finis videre patrem, nec spiritus sanctus filium, delirant. Maximinus, quod pater sit pars Dei, et quamlibet personam tertiam partem Trinitatis esse, timebat. Metangis monita secundam illam rem dicebant esse in prima sicut vas minus intra vas maioris. Nestoriam aliam filium Dei, alium filium hominis Deum esse dicunt, quod nostri re ipsa fatentis. Nam ut apparet in disputationibus Maxentii Constantinopolitani, Nestorius nunquam duos filios concessit, sed quibusdam sophisticis technis, quod in his est omnino simile, se defendebat, lege ibi, et hoc Nestorianis clare videbitis. Eutychiani, solam in Christo esse naturam divinam asserunt, quasi esset phantasma de coelo lapsum, ut Marcionitae dicebant, Monarchiani, ut Irapeas et Victorinus Deum patrem

omni-

omnipotentem DEUM Christum esse dicebant, et seipsum sibi sedere ad dexteram suam. Post quos Sabelliani personam et nomina Christi et patris confundunt, qui et Patri passiani dicti sunt, quia patrem passum credunt. Alogi, non intelligentes verbi mysterium, dicunt Joannem mentitum esse dum dixit, deus erat verbum.

Novissimè, ut decretalis refert, Joachim contra magistrum, quaternitatem in divinis arguebat, eo quod illa essentia secundum magistrum Lombardum, est natura quadam, non generans, ut est pater, nec genita, ut est filius, neque procedens, ut est spiritus sanctus. Sed est quadam summa res, ex quo videtur esse quoddam quartum simulacrum. Concedebat ergo Joachim, quod nulla substantia, neque essentia, neque natura est illa tres res. Sed dicunt, unum esse collectivè, sicut multi homines unus populus.

Cap. damnatum, de summa Trin.

Recte equidem quartum simulacrum arguebat, sed stulte conclusionem intulit. Plures alii alii modis errores evomunt, quia secundum eos uno inconvenienti dato, plura contingunt, et novissimus error perior priori.

Quartum simulacrum essentia.

Non solum apud hæreticos, sed in ecclesia nostra innumera sunt orta potentia, innumera sunt orta non modo dubiosa, inextricabiles et nodosa, ve-

DE TRINITATE.

rum etiam absurdissimæ quæstiones, iuxta illud olli-
gistræ, qui ambulat in tenebris, nescit quo vadat.
Prima ex his orta quæstio est, quid intersit inter
procedere et generari, et quare tertia illa res non
dicitur filius, et non dicitur generari sicut secunda.
De quo in primo sententiarum distinct. 13. ubi dicit
Gregorius, quod non est ei possibile intelligere, licet
credere se fateatur, sed Deus scit qualem fidem ha-
bebat in talibus angustiis positus. Similiter Augusti-
nus, Ioannes Damascenus, et alii omnes hanc quæ-
stionem perhorrescunt. Sed ego paucissimis rem ab-
soluo, et dico, quod caro naturaliter generata, spi-
ritus vero nequaquam, dicere enim verbum gene-
rari, est merum somnium et abusio magna. Hoc cla-
rissimum euadet, dum dixerò, qualiter spiritus san-
ctus procedere dicatur. Dicunt præterea esse essen-
tiam de essentia, tamen essentia non generat, sed De-
miurgus generat. Debuerunt ergo dicere, quod ha-
bebat uxorem quandam spirituales, vel quod solus ipse
masculo foemineus aut hermaphroditus simul erat
pater et mater, nam ratio vocabuli non patitur, ut
quis dicatur sine matre pater. Et sic isti Valentini-
ano Ptolemaeo in hoc sunt priores, quod involute sua
somnia in ipso Deo inclusa conculcant, que ille ex-
plicitè et separatim ponit. Dicunt etiam quod illa
prima

prima res non ex alio, nec ex nihilo, sed ex seipſa
 eum qui idem cum seipſa est, continuo generat. Non
 quod semel genuerit, ut Valentinus dicebat, sed spi-
 rituali uxore abutendo semper sufflat, semper par-
 turit: Nec potest a tali coitu desistere, continuo enim
 est strictus, et spiritalis ille Pytus produci in diei di-
 cito, licet idem natura sit cum Demiurgo illo aeter-
 nali, Valentinianis verbis utor, quia inter istos et
 illos nullum est, nisi verbale discrimen. Præterea ab
 illis duobus æonibus, naturaliter produci tertium.
 Pleroma dicunt, et ipse tertius in procedendo, sicut
 secundus in nascendo id accipit, ut sit essentia: et in-
 culca semper caudam, quod ille tres Spiritus, seu illæ
 tres res inter se tam varie et difformiter ortæ sint
 una et eadem res, et hæc non est ista, et ista non
 est illa, et omnes sunt una, quod est adeo monstruo-
 sum, ut mallem post Valentinum centum octonatio-
 nes demoniorum refringere, quam dei optimi, Ma-
 ximi naturam ita conculcare, infringere, et in tres
 difformes res varie secare: quantumcumque ipsi variis
 nominum coloribus hanc divisionem palliare nitan-
 tur, nisi consuetudinem haberes de his rebus tanta
 pietate loquendi, facile, si oculos aperias, iudicabis,
 quod Deum ita difformem reddere, est omnium
 blasphemiarum maxima blasphemia. Præterea his

DE TRINITATE 2.

derivationibus non obstantibus, aequales et eisdem
 potentia contra donatum illas tres res esse dicunt,
 ita quod secundum Augustinum, potens est filius sibi
 filiam, et patri nepotem effutire, et ex consequen-
 ti, potens est ille tertius Spiritus Chimeram impreg-
 nare, et prolem sufflare: dicit tamen q. filius non ge-
 nuit, quia non oportuit. Præterea tertiam illam rem
 nostram esse dicunt, secundam vero non nostram, sed
 patris, et secundam illam rem humanitati, supposita-
 tice, deest a finaliter uniri, et non alias duas in Chri-
 sto dicunt. Sed vellem scire, quare ipse Magister lo-
 quens, non dixit, filius, vel secunda persona in me
 manens, sed pater in me manens, pater in me est. Si-
 militer dum dicit, Spiritum Dei in eo esse, quare non
 dixit, se non tertiam, sed secundam illam rem intra
 se inclusam habere? Nec scire possum unde tot Ce-
 nophonie, q. sola secunda persona sustentet, perso-
 net, assumat in unitatem suppositi, terminet depen-
 dentiam, præcipue cum illas personas sic congluti-
 nent, ut indivisim agant: dicunt enim q. operatio tri-
 tatis ad extra sunt indivisa, et ipsius nec dicere
 nec intelligere possunt, qualiter humanitas a sola se-
 cunda re, et non ab aliis suppositaliter dependeat,
 et quod sola illa secunda res sit ibi carnaliter unita,
 nam hic manifeste dividitur Deus: aut necesse est
 looti-

scotizare, super qua materia relationes fingentem
 Betham confiteri veritatem coactum, dicunt reales.
 Sed DEVS veritas, et utriq; mendaces, qui a se
 ipso, inquit Christus, loquitur, mendax est.
 Præterea, si illa secunda persona assumat Mariam,
 sicut assumpsit Christum. Tunc concedunt,
 Sophistas, Christus est Maria, ~~CHRISTUS~~
 genuit filium Dei, Christus est mater sua.
 Christus est vir et foemina, continete obse-
 cro risum, si potestis, et cum hoc ferreas habent fron-
 tes, ut erubescere rejiciant. Præterea inter constitu-
 tionem et compositionem multum interesse dicunt,
 nam constitutionem in diuinitate ponunt, quia ~~flig~~ con-
 stituitur ex essentia, sed non componitur. Præterea,
 sicut duas, et varias duarum rerum naturitates in
 Christo ponunt, ita etiam duas in tertia illa re
 sufflationes, primo chymena quadam et portentosa fa-
 lericatione, a duabus primis intrinsicè fluit. Secon-
 do dicunt eam mutatione alia extrinsece et tempo-
 raliter et aliis duabus sufflari. Præterea itam et se-
 cundam rem in dies fieri seu produci dicunt. Ecce cla-
 re factitias illar æonum emissiones, quæ in dies pro-
 duvunt, generantur, nascuntur et fiunt, atq; hic
 miraculose illud quartum simulacrum simplicissi-
 mam esse volunt, ut hic in eius ventre deformatati-

Omnia qua de-
 cem spectant
 si scripturis
 non proben-
 tur, sunt men-
 dacia, quia
 omnis homo
 mendax.

f.

DE TRINITATE.

bus non obstantibus, dua illa producta res cum alia re generante non genita constituunt unam eandem naturam, non genitam nec generantem, nec spiratam nec spirantem. Præterea magna est concessatio quæ fuit humanitatis, et quæ fuit illius secunda rei nomina, nam primo filii appellatio, non homini, sed secunda rei tribuunt. Et ex hoc cum IESVS CHRISTUS dicatur filius Dei, et IESVS et CHRIS-TVS vocabula ad illam conuolarunt. Tandem filium hominis, non de homine, sed de illa re dici contendunt, immo hominem ipsum negant esse hominem, et sic remanet humanitas sine nomine. Præterea Magnus ille Basilienus contra Eunomium lib. 2. genitum dici et non genitum, filium et non natum, miramitate contendit. Et magnus ille Theologus Nazianzenus in sua theologia, spiritum illum tertium, nec genitum nec ingenitum tenet, quod et Augustinus et alii sequuntur. Et an a patre et filio, vel a patre tantum, ut Græci dicunt, tertia persona procedat, acerrima est, ventosa et antiqua questio, quam ego facillime postea dissoluam. Miror profecto, quare etiam non dubitant, an secunda procedat a tertia, sicut tertia a secunda, ut causa sint sibi inuicem causa. Nam scriptum est *Isaia 48.* Et nunc Dominus misit me et spiritus eius. Ergo filius ab spiritu missus, et

et dicitur a spiritu sancto conceptus, et dicitur spiritus domini esse super eum. Item andater et filius dicantur unus spirator collectivè, vel an dicantur unum principium, quia una essentia: Et sic an essentia sit sufflationis principium, intelligibilis questio est. Nam illud quartum simulacrum, quod essentiam vocant, in omnibus otiosum esse volunt, saltem Moderni. Præterea, magni refert, an notiones sint communes, an personarum constitutivæ. Similiter, si quid dicatur esse suppositum, vel non multum interest, et in tantum interest, ut ex eo totum pendeat regnum coelorum, nam hominem **DEUM** Christum suppositum esse negant. Et longus est sermo, a 25. usq. ad 35. distinctionem, ubi octam dist. 26. multum insistit, et in quibusdam notionibus, relationibus, formalitatibus, quiditatibus, et filiationibus, de quibus Paulus nunquam cogitavit, fundamenta nostræ fidei ponunt, fundati sunt super arenam et non super firmam petram, fideiq. maiestatem non solidam reputantes, ludere videntur. Audi obsecro soliditatem Longobardi Rabini in suis sententiis libro primo dist. 42. capite, præterea quaestionem acerrimam, quæ solidissimam dei maiestatem decet, tractantis, quæ scilicet est ratio differentie, quod pater dicitur diligere ea dilectione qua ab-

Talē sibi magistrum Christum reiecto elegerunt sophista.

f. 2.

DE TRINITATE.

eo procedit, et non dicitur sapiens, ea sapientia qua
 ab eo procedit, et totus difficultate perterritus flu-
 ctuans, nescit quo vadat. Similiter distin. 93. cap. si
 forte, est questio difficilis, ridicula tamen. Quae est
 ratio differentia, quod proprietates non possunt esse
 in personis quin eas determinent, et tamen sunt in
 essentia absq; hoc quod eas determinent. quis ob-
 scuro Turca, Scythia, Barbarus, posset istas, quas Pau-
 lus logomachias appellat, sine risu tolerare. Sed pin-
 gula persequi super fluvium hic esset, licet multa alia
 sint inter eos circa materiam incarnationis horri-
 bilia figmenta, et a terminis legis multum remota
 et peregrina. Hoc solum tecum cogita, an istae qua-
 stiones redoleant apostolicum sensum. Vide si sit hoc
 magistri nostri Christi doctrina, nunc sic su-
 mus affecti, sed future generationes stupenda haec
 iudicabunt. Vere sunt stupenda plus quam ea quae
 de Valentino refert Ireneus, nec est vitata Biblia una
 litera quae ad has imaginationes tendat.

Præterea quod omnibus his acius est, quantum tri-
 nitatis traditio haec, fuit Mahometanis, prohi-
 tor, derisionis occasio, solus Deus novit. Iudaei etiam
 nostrae huius imaginationi adherere abhorrent, et
 stulticiam nostram cum Trinitate derident, ac pro-
 pter huiusce blasphemias non credunt hunc esse illum
 Messiam

Messiam qui in lege promissus est. Et non solum
 Mahometani et Hebraei, sed bestia agri nobis illude-
 rent, si phantasticam nostram sententiam percipe-
 rent, nam omnia opera Domini uni Deo benedicunt.
 Audi etiam, quid Mahomet dicat, nam maior est ad-
 hibenda fides universitati quam hostis fatetur, quam
 centum nostrorum mendacis, inquit enim in suo et-
 corano, Christum fuisse summum propheta-
 rum, spiritum Dei, virtutem Dei, flatum Dei, pro-
 priam Dei animam, verbum affante Deo ex virgi-
 ne perpetua natum, et quod pro malicia Iudaorum
 adversus illum sunt in hac miseria et calamitate.

Dicit praterea quod apostoli et Evangelista,
 et illi primi Christiani fuerunt optimi viri, et vera
 scripserunt, nec tenuerunt Trinitatem, seu tres per-
 sonas in diuinis, sed posteriores hoc addiderunt.

Addita ergo et super ordinata fuit hac torrentissi-
 ma pestis, et diu noui recentis, qua venerunt, quos
 non coluerunt patres nostri. Et hac philosophica
 pestis est nobis a Graecis illata, nam illi pro ceteris
 sunt philosophia deditissimi, et nos ab eorum ore
 pendentes, facti sumus etiam philosophi.

Picaculum forte putabunt aliqui, si eos errare po-
 tuisse concedam. Sed ego non aliter id probo, quam
 ostendendo eos nunquam intellexisse scripturarum lo-

DE TRINITATE.

cos quos ad hanc rem inducunt. Si claritatem qua
 tunc erat, a suis tam confusissimis tenebris distingue-
 rent, cognoscere possent Paulum merito dixisse Ec-
 clesiam Dei stabilimentum et columnam esse veri-
 tatis, quod nihil aliud est nisi sermone Evangelii
 esse veracem, et hoc est verbum Evangelii scilicet
 quod IESUS CHRISTUS est filius Dei. Nam
 ut dixi, et latius infra dicam, solidissimum firmamen-
 tum et fundamentum veritatis, super quo est eccle-
 sia fundata, est credere IESUM CHRISTUM
 esse filium Dei. Et ex hoc fundamento columnam ve-
 ritatis dixit Paulus. Ergo sine fundamento non dici-
 tur ecclesia nostra fundata, Annus enim firmæ verita-
 tis observatio petram columnam et ecclesiam DEI
 nominat, nam potest manere ecclesia non manendo
 ecclesia Dei, potest in ea manere Petrus non manen-
 te petra. Hæc minora sunt quam ut referri merean-
 tur, nisi essent qui ferreos habent dentes, ut si vel
 unum scriptura locum mordicus arripiant, contem-
 ti sunt. Sed vellem eos cætera scriptura loca ita dili-
 genter observare. Item, quid obsecro eos iuvat, quod
 apostolis dixerit CHRISTUS, Ego vobiscum
 sum omnibus diebus usque ad consummationem seculi.
 Nam Christus cum apostolis et cum omni-
 bus qui fuerint ex eis, mansit, et mansurus est usque
 ad

Ad consummationem seculi, sed nos non sumus ex illis, nam si fuissetis ex illis, mansissetis in eorum doctrina 1. Ioan. 2. Item, nota sequelam et intelliget conditionem, predicare inquit Evangelium, docete servare omnia quae praecepi vobis, et ecce ego vobiscum sum. Vbi obsecro sunt qui Christum predicant, ubi sunt eius praeceptum, scilicet de credendo eum esse filium dei, servantes, ut cum illis sit Christus. Opendam tibi in fine libri tertii, q. nescis quid sit hoc Evangelium eius predicandum commissum, imo quod non sis Christianus, tibi probabo, credunt congregationem esse quoddam mathematicum corpus tenens tenens spiritum dei per capillos ligatum, etiam si nullus illorum Christum nec eius spiritum noverit, quotiens, inquit, congregati fueritis in nomine meo, sed quomodo congregantur in nomine Christi, qui nesciunt quid sit ille Christus, quomodo etiam erit sanctus spiritus in congregatione, si in singulis eorum sit spiritus fornicationis et rapinae plenus. Cave ergo ne sola pertinacia dicendi, ecclesia errare non potest cognitioni Christi resistas et errorem ignorantiae eius defendas. Det tibi Dominus intellectum, ut simplicitati scripturarum te accomodes, si totus tibi fuerit Christum inquirendi animus, infallibiliter erit ipse propitius.

Sub hac conditione fuerit omnes legi repromissiones. Idem patet 10. 15. et Ps. 88.